riſſimi fruct⁹ ei⁹. De ipa ēt gl'ioſa ỽgie ỽifi/
cat illō ꝓuer. vl. De fructu manuū ſuaꝝ plā
tauit vineā. i. eccl'ie catholice. Ipa q̄ꝫ virgo
ſpūſctō repleta dicere pt illud Cañ. j. Sub
vmbra illi⁹ quē dſideraueră ſedi ⁊ fruct⁹ ei⁹
dulcĕ gutturi meo. Et illud eiuſdē lib. vij. c.

Maria fruct⁹ habuit

Aſcēdā i palmā ⁊ apphēdā fruct⁹ ei⁹. Nō ſo
lū āt ipa apphēdit ſꝫ ēt toti mōo fruct⁹ bono
rū opeꝝ ꝓtulit. n̄ ei potuit arboꝛ bōa fruct⁹
malos facere. Nā oīs arboꝛ bona fruct⁹ bo/
nos fac̄ Mat. vij. d q̄bꝫ fructibꝫ h̄ ſmōe diſ
¶ De fructu charitatꝫ btē ỽgis (ſerem⁹
Rim⁹ fructus ſpūs dꝛ charitas q̄
ſm theologos h̄ n̄ ipoꝛtat ỽtutē. d
q̄ dcm̄ ē ſ. ſꝫ actū ei⁹. Qꝫ āt h̄ fru
ctus fuerit i ſūmo in b. ỽgie: pbat
Alb. vbi ſ. ſic Charitaſ ē q̄ d t̄ra ad celū euo
cat. ⁊ ſic duo inuūt̄ q̄ ꝑtinēt ad hūc fructū. ſ.
a t̄renis ſepatio ⁊ ad celū eleuatio. Utrūq̄ꝫ
āt iſtoꝝ i b. ỽgie fuit i ſūmo. Qꝫ ei iꝑpoꝛ/
tionabil'r alijs a t̄renis ſepata fuerit: pꝫ ꝑ h̄
ꝙ nec puluis venial' pcti pedibꝫ ei⁹ adheſit.
qō oībꝫ alijs viatoribꝫ icuitabile fuit. Qꝫ āt
ad celū maxīe ſit eleuata: pbat̄ ꝑ illō Mat.
vj. Ubi ē theſaur⁹ tu⁹: ibi ⁊ coꝛ tuū erit. ḡ the
ſaur⁹ tu⁹ trahit ad ſe fructū. Sed b. ỽgo ha
buit theſauꝝ iꝑpoꝛtiōabilē i reḡ celoꝝ. ḡ
iꝑpoꝛtiōabil'r eleuabat̄ ad celū in ꝯtēpla/
tiōe ⁊ ꝯgnitōe ⁊ affectōe diuioꝝ. Un̄ ipa in/
q̄t illō Ecci. xxiiij. Quaſi cedr⁹ exaltata ſū in
labano. Liban⁹ ei q̄ iterp̄tat̄ cādidatio ſcat
eccl'iaꝫ militātē ⁊ triūphātē cādidā puritate
Sic ḡ cedr⁹ i libano ē altioꝛ oī arboꝛe: ita b.
ỽgo ē magꝫ eleuata erga deū i ecclia dilectōe
Preterea i pſ. xiiij. ⁊ xxiiij. fit t̄plex q̄ſtio. Pri/
ma ē: q̄s aſcēdet i mōtē dn̄i. Scda: q̄ſ ſtabit
i loco ſctō ei⁹. Tertia ē: Dn̄e q̄s hitabit i ta/
bnaculo tuo: aut q̄s reqeſcet i mōte ſcō tuo?
Difficile ſiq̄dē ⁊ pfectū ē aſcēdere. Difficili⁹
ỽo ē ⁊ pfecti⁹ ſtare. Difficillimū āt ⁊ pfectiſ/
ſimū ē hitare ⁊ q̄eſcere. Aſcendere ꝑtinet ad
apl'os q̄ ſt maiores ī ecclia. ſꝫ nō ꝑtinuit ad
eos hitare: ſꝫ deſcēdere. Et i figurā hui⁹ āge
li aſcēdebāt ⁊ deſcendebāt ꝑ ſcalā quā vidit
Jacob Geñ. xxviij. Un̄ ⁊ apl's Paul⁹ rapt⁹
vſq̄ꝫ ad tertium celuꝫ: vt ipe ait. ij. Coꝝ. xij.
Moxq̄ꝫ deſcēdit ad diſponēdū cubilia īſtr
moꝝ: vt pꝫ. j. Coꝝ. vij. Ad pfectiōē ḡ ſta
tū q̄ꝫ apl'oꝝ ꝑtinet aſcēdere ⁊ ſtare ac q̄eſce/
re. ſꝫ ſup ſtatū apl'oꝝ nō fuit ſtat⁹ eminētioꝛ
q̄ꝫ ſtat⁹ btē ỽgis. ḡ ad ei⁹ ſtatū ꝑtinet aſcēde/
re. habitare: ⁊ q̄eſcere. Itē Lu. xiiij. ⁊ xviij. dꝛ.
Qui ſe hūiliat exaltabit̄. Sed btiſſima ỽgo
fuit in ſūmo hūiliata. ḡ in ſūmo eleuata. Cū
ḡ charitatis fruct⁹ ſit eleuatio ad celū: mani
feſtū eſt ex his ꝙ btiſſima virgo habuit fru
ctū charitatis in ſūmo. Itē vt dꝛ Sap. vj.
Incoꝛruptio facit ꝓximū deo. qō etiā pbat̄
ꝑ. §. ſancimus. in aut̄. de leno. coll'. ij. Sed i
btā ỽgine fuit impꝛopoꝛtionabilis incoꝛru/
tio. ḡ impꝛopoꝛtionabilis vnitas deo. ⁊ ꝯſe
quēter impꝛopoꝛtionabilis fruct⁹ charitatꝫ.
Itē. j. Joā. v. dꝛ. Hec eſt charitas di vt māḋ
data ei⁹ cuſtodiam⁹. Et. ij. Joan. j. Hec eſt

De charitate btē Marie

charitas dei vt ambulem⁹ ſm mādata eius
Hoc aūt egit btā ꝟgo ſuꝑ oēs alios excellē-
tius.ꝗ ꝛc. Sentiēs ꝗ ipſa ꝟgo bn̄dicta ſe re-
pletā iſto fructu charitat[is] ꝛ oib[us] alijs fructi
bus ſeq̄ntib[us]: dicebat ſponſo ſuo celeſti illud
Cant.v. Ueniat dilect⁹ meus in hortū ſuū ꝛ
comedat fructū pomoꝝ ſuoꝝ.

De Gaudio beate virginis.

R Fructū gaudij fuiſſe in b. ꝟgine ꝓ
bari pōt ſic. Ut ait glo.ſuꝑ epl'am
Pauli Gal'.v. Gaudiū ē puritas
ꝯſcie ꝛ eleuatio ani in his q̄ digna
ſᵗ exaltāt[ur]. Sȝ hec tria: puritas ꝯſcie: et ele-
uatio ani: ꝛ dignitas donoꝝ ſpūaliū fuerᵗ i
ſūmo in ipā. vt ex p̄cedētib[us] pȝ.ꝗ habuit fru
ctū gaudij i ſūmo. Itē pſ.xcvij.dr. Uiderūt
oēs fines ṫre ſalutare dei nr̄i. Jubilate deo
oīs terra ꝛc. vbi glo.ait ꝙ viſio ſaluatoꝛ[is] eſt
cā iubilatōis. Sȝ in viſiōe iſta btiſſima vir
go i ſūmo vidit.ꝗ iubilauit i ſūmo. Itē Lu.
ij.dicebāt angeli. Annūcio vob gaudiū ma
gnū q[uia] nat⁹ ē nob ſaluatoꝛ mōi. Sȝ impro-
portionabil'r mai⁹ eſt ſaluatorē naſci ō ſe q̄ȝ
naſci ſibi. ꝗ iproportionabil'r oib[us] cām gau
dij habuit. et ſic iproportiōabil'r mag[is] oib[us]
gauiſa fuit. Itē iproportiōabil'r mai⁹ eſt ſal
uatorē naſci ſibi filiū q̄ȝ naſci ſibi dn̄m. Si
em̄ btā gēs cui⁹ eſt dn̄s de⁹ ei⁹: pſ.xxxij. ipro-
portiōabilᵗ beatioꝛ ē cui⁹ dn̄s fili⁹ ei⁹ .ꝗ ꝛc.
Itē Jo.xiiij.dr. Si diligeret[is] me gauderet[is]
vtiq[ue] ꝛc. Dilectio ꝗ eſt ꝛ imediata cā gaudij
Sȝ b.ꝟgo habuit dilectōeȝ i ſūmo. igiᵗ ha
buit etiā gaudiū i ſūmo. Itē Lu.x.ait dn̄s.
Gaudete ꝛ exultate q[uia] noīa vr̄a ſcpta ſᵗ i cel'
Et h̄ ē gaudiū de p̄deſtinatiōe etn̄a ꝛ ō p̄nti
iuſticia. ſed b.ꝟgo habuit p̄ntē iuſticiā ꝛ de
S ſua p̄deſtinatōe noticiā.ꝗ ꝛ gauiſa fuit i ſū-
mo. ¶ Iſtō aūt gaudiū nō hn̄t mali. Unde
Proſꝑ i li.epigrā.inq̄t. Fallaces cur[is] ſꝑ toꝛ
q̄nᵗ amar[is]. Et mala mēs nūq̄ȝ gaudia pac[is]
hȝ. Felices vere faciūt ſpq̄ȝ btōs. De vero et
ſūmo gaudia nata bono. Item Col'.iij.ait
apl's. Hn̄tes ſuꝑ oīa charitatē q̄ ē vinculuȝ
ꝑfectōis: ꝛ pax dei exultet in cordib[us] vr̄is. ꝗ
charitas ē cā exultatiōis. Sȝ b.ꝟgo habuit
charitatē i ſūmo.ꝗ ꝛc. Itē Phil'.iiij.dr. Gau
dete i dn̄o ſꝑ iteꝝ dico gaudete: dn̄s ei ꝓpe ē
ꝗ dei ꝓximitas ē cā gaudij. Sȝ btiſſime ꝟgi
ni i ſūmo ꝓxim⁹ fuit.ꝗ ipā ſūmū gaudiū ha
buit. Itē Rom.xiiij.ait Paul⁹. Regnū di
intra vos ē. pax ꝛ iuſticia ꝛ gaudiū i ſpūſctō
Sed btiſſima ꝟgo iproportiōabil'r pl⁹ ha-
buit i corde de reḡ dei.ꝗ iproportionabiliter
pl⁹ de gaudio in ſpūſctō. Itē pſ.lxxxviij.dr.
Miſcdia ꝛ ꝟitas p̄cedēt faciē tuā. btūſ ꝑpl's
q̄ ſcit iubilationē. ſȝ i b.ꝟgie p̄ceſſit miſcdia
in ſūmo.ꝗ ſciuit iubilationē in ſūmo. Eſt āt
iubilatio ſm Greg. in moral'. q̄ddā gaudiū

inteſuȝ qð occultari nō valet: ꝛ exp̄mi nō pt
Et h̄ gaudiū ſolū hri pt in dō: vt Bern.ſuꝑ
Eccl'iaſticū inq̄t. Itē Tob.v.ait Tobias ſe
nioꝛ. Quale gaudiū mihi ē q̄ in tenebris ſe-
deo ꝛ lumē celi n̄ video: q̄ſi dicat. nullū. Ad
qð facit.l.j.C.de cuſto.reo. vbi dr ꝙ p̄uatio
luc[is] inocētib[us] ē miſera ꝛ noxijs ſeuera. Ergo
a ꝯtrario ſenſu. qð arg. valet.l.j.§.hui⁹ rei. Argumē
ff.ō offi.ei⁹ cui mā.eſt iuriſ. In luce eſſe ꝛ lu- tū a ꝯtrio
mē celi videre ē cā leticie. qð ꝓbaᵗ ꝑ.l.q̄tiēs.
ff.de ſerui. Hoc aūt fuit i btiſſima ꝟgie i ſū
mo.ꝗ habuit gaudiū in ſūmo. Item b.ꝟgo
oib[us] viatoꝛib[us] ꝛ cōp̄rehēſoꝛib[us] eſt cā gaudij
et leticie.ꝗ plus oib[us] habuit gaudij ꝛ leticie
Quia cā eſt nobilioꝛ ꝛ potētioꝛ ſuo cauſato
c.is q̄.de ꝑcu.ꝛ.l.digna vox.C.de legi. Un̄
Sara in figura ei⁹ dr Gen̄.xxj. Riſum mi-
hi fec̄ dn̄s ꝛ oēs q̄ audierint corridebūt mi-
hi.q̄ſi diceret. Gaudiū principal'r ꝑtinet ad
me. alijs aūt in ꝯſeq̄nti ꝑ me. vn̄ Judith.xv
dr in figurā ipſi⁹ virgis. Tu glia hierl'm: tu
leticia iſrl': tu honorificētia ꝑpli nr̄i. Et Eſa.
ix. Letabunᵗ corā te ſicut q̄ letanᵗ in meſſe:
et ſic exultāt victores capta p̄da q̄n diuidūt
ſpolia. Ubi tanguntᵗ due cauſe gaudij. ſciȝ
meſſoꝝ de fructu. ꝛ victoꝝ de ſpolijs. Si ꝗ
eſt gaudiū de fructu: btā virgo habuit fru-
ctū in ſūmo. Un̄ dicere pt illð Eccl'i.xxiiij. Et
flores mei fruct⁹ honoris ꝛ honeſtatis. Iteȝ
habuit victoriā ꝛ ſpolia in ſūmo: q̄ ex fauci-
bus leuiathan totū mūdū q̄ſi ſpoliū eripu-
it.ꝗ gaudij fructū in ſummo poſſedit. Hec
Alb. vbi ſ. Quātū em̄ gaudiū fuit bē.ꝟgis
etiā aliter ꝓbari pt. Nā ſi ad partū ei⁹ gau-
det chor⁹ celeſtiū ꝛ angeli canunt deo. etſi ve
dr Mat.ij. magi gauiſi ſūt gaudio magno
valde videntes ſtellā q̄ eos ad pueꝝ natū ꝛ
matrē eius ꝑduxit. ꝑfecto nulla lingua fari
poſſet nec intellect⁹ cape ingentiſſima gau-
dia virginis glīoſe q̄ habuit in ꝯceptu filij:
in partu: lactādo eū: in portādo eū i vtero ꝛ
in gremio: ꝛ i ꝯuerſando cū eo. Idō in cātico
ſuo Lu.j. ipā ait. Exultauit ſpūs me⁹ in deo
ſalutari meo. i. extra ſaltauit ꝛ ſupra ſe ſalta
uit p̄ gaudio. Unde dicebat illð Abacuch
vlᵗ. Ego aūt in dn̄o gaudebo: ꝛ exultabo in
deo Jeſu meo. Uerificatū etiā fuit in ea il-
lud pſ.lxxxiij. Coꝛ meū ꝛ caro mea exultaue-
rūt i deū viuū. Et illð pſ.cxxv. Repletū eſt
gaudio os nr̄m: ꝛ lingua nr̄a exultatōe.

De Pace beate ꝟginis

T In p̄cedēti ſmōe tractauim⁹ de bea
titudine pac[is] mr̄is dei. idō h̄ breui⁹
me expediā de fructu pacis eiuſdeȝ
quem in ſummo fuiſſe in ea probat
Albertus vbi ſupra cap.cxxij. et nos poſſu-
mus arguere ſic: vt habeᵗ Auc.ij. et de con
ſe.diſti.j.c. Nocte ſancta. et c. et hymnis. ꝛ

c.hi duo. ⁊ c.porro. in natiuitate chɼi canc-
bāt angeli:in t̄ra pax hoib⁊ bone volūtatis.
ſed beatiſſima v̄go iproportionabil'r oib⁊ ha-
buit bonā volūtatē. ḡ iproportionabil'r oī-
bus habuit pacē. Itē Eſa.xxxij.dr. Op⁹ iuſti
cie pax.ſed b.v̄go iuſticiā habuit i ſūmo.ḡ ⁊
pacē in ſūmo. Itē pſ.lxxv.ſcptū ē. Fact⁹ ē in
pace loc⁹ ei⁹.ſ; v̄go beatiſſima iproportionabi
liter fuit loc⁹ dei.ḡ habuit pacē improportio
nabilē. Mūd⁹ ei ei⁹ pacē ꝑturbare nō potu
it.q2 ſpū pauꝑrima fuit. nᶜ etiā diabol⁹.q2
hūillima fuit.nec ſil'r caro ei⁹.q2 nullū pcti
fomitē ſenſit. Preterea vt ait Aug.i li.ꝯfeſ.
Ille ſol⁹ verā pacē h; q̄ i ſolo deo q̄eſcit.⁊ ni
hil aliō iordinate q̄rit. Vn̄ mali n̄ hn̄t pacē:
iuᵡ illō Eſa.xlviij. Nō ē pax ip̄ijs dr dn̄s. et
Hiere.xij. Nō ē pax vniuerſe carni. De tali
bus carnalib⁊ ⁊ mūdanis dr pſ.xiij. viā pacꝭ
nō cognouerūt.et Ezech.vij.q̄rent pacē ⁊ non
erit ⁊c. Verā aūt v̄go in ſolo deo q̄eſcebat et
eū ſolū ſup oēs viatores diligebat.ḡ pacē in
ſūmo hēbat. Seruauit eīm illud ꝯſiliū ꝓphe
dicētꝭ pſ.xxxiij. Inq̄re pacē ⁊ ꝑſeq̄re eā.et il-
lud apl'i Eph.iiij. Sollicite ſeruare vnitatē
ſpūs in vincl'o pacꝭ. Nec mirū ſi b.virgo ha-
buit fructū pacꝭ i ſūmo:cū fruct⁹ ventrꝭ ſui
fuerit ille quē Greg.non⁹ in ꝓlogo decreta-
liū appellat regē pacificū.

De patientia beate virginis.

v Virtus V inq̄t apl's Iac.j. Patiētia op⁹ ꝑfectū h;. Et iō iq̄t ſaluator Lu.
xxj. In patiā vr̄a poſſidebitꝭ aīas
vr̄as. Per patiā; nāq; i aduerſi-
tatib⁊ oēs ſcti gl'ificati ſt. Vn̄ Judith.viij.
dr. Oēs q̄ deo placuerūt ab initio ꝑ multas
tribulatōes trāſierūt fideles. Qui v̄o tētati
ones nō ſuſceperūt cū timore dn̄i: ꝑ ipatien
tiā ſuā iproꝑiū murmuratōis ſue ꝯ dn̄m ꝓ
tulerūt.exꝭminati ſt ab exꝭminatore. Virgo
āt beatiſſima i oib⁊ aduerſis patiētiſſima fuit
Quapropt̄ d̄ illa dr Cañ.ij. Sic liliū int̄ ſpi
nas ſic aīca mea int̄ filias. Nā ſic liliū vl' ro
ſa n̄ amittit pulcritudinē vl' amorē int̄ ſpi-
nas:ſic nec ipa ꝑdit odorē patie int̄ tribula-
tiōes. Ipa; v̄o i ſūmo habuiſſe fructū patie:
ꝓbat Alb.vbi ſ.ca.cxxxiij.ſic pſ.xciij.dr: ſ;
mltitudinē doloꝝ meoꝝ i corde meo ꝯſola
tiōes tue letificauerūt aīa; meā. ſ; beatiſſima
v̄go habuit dolorē paſſiōis p⁹ filiū ſuū i ſū-
mo.ḡ ⁊ ꝯſolatiuū fructū patie i ſūmo.q̄ eīm
fuit ſocia paſſionū: debuit ēt eē ſocia ꝯſolati
onū.c.j.d̄ ſepl'. Itē dr Prouer.vl. Date ſice-
rā merētib⁊ ⁊ vinū his q̄ amaro ſt aīo.ſ; be-
atiſſima v̄go habuit amaritudinē i ſūmo.ḡ
⁊ ſicerā ꝯſolatōis i ſūmo. Itē Eſa.lxj. Da-
bit ei dn̄s coronā ꝓ cinere:oleū gaudij ꝓ lu-
ctu:palliū laudis ꝓ ſpū meroris.ſ; beatiſſima
v̄go habuit luctū ⁊ merorē i ſūmo.ḡ et gau
diū ac ꝯſolatōe; i ſūmo ꝑ fructū patie. vn̄ v̄i-
ficatū eſt i ea illō apl'i.ij.Cor.j. Sic abūdāt
paſſiōes chɼi i nob:ita ⁊ ꝑ chɼm abūdat ꝯſo
latio nr̄a. Deīn⁹ ḡ ⁊ nos imitari patia; b.v̄-
ginis marie expectatōe future remūeratōis
Ipa ei in tribulatōib⁊ ſuis dicebat illō Ro
ma.viij. Nō ſunt ꝯdigne paſſiōes hui⁹ tp̄is
ad futurā gl'iam q̄ reuelabit in nob.

De lōganimitate beate v̄ginis

S Sc̄dm glo.ſup epl'a; ad Gal'.v.ca.
Lōganimitas eſt i expectatōe boni x
nō deficere ſ; refici. nō ſufficit ei in
cipe niſi duret ⁊ ꝑſeueret.l.ſi ꝓ pie
ḡ.v̄ſū.ff.d̄ i rē v̄ſo.et ꝑ Bar.i.l.luci⁹.ff.d̄ le.
j.⁊.l.ſiq̄s.ff.d̄ ſolu. Itē alibi dr:q n̄ q̄ icepit
ſ; ꝑſeuerauerit ⁊c.l.iij.ff.d̄ diuor.⁊.l.alia.C.
d̄ his q.vt idi.cū ſi. Qn̄ ḡ q̄s h; tolerare ali-
quē dolorē vl' laborē ad breue tp̄s.vl' expe-
ctare h; aliq̄d magnū bonū ſ; cito recipien-
dū:eq̄ aīo conat̄ ſufferre ꝓpt̄ breuitatē tp̄is
Sed qn̄ i hmōi videt ſe diu ꝑmāſuꝝ i labore
⁊ dolore vl' ꝯſeq̄ndo bono:mltū ſolet attedi
ari ⁊ fatigari ⁊ aliqn̄ deficere ex diuturnita-
te ei⁹. Sed lōganimitas retinet hoīe; ne atte
diat̄:ſ; ꝑſeuerās ꝑmaneat.etſi n̄ ita cito fini
atur labor:ſed diu maneat: ⁊ in lōgū bonū
expectatū ꝓueniat. et ſic longanimitas reſi
cit mētē q̄dā certitudīe ꝑmiſſi. Vn̄ apl's.ij.ad
Cor.vj.ait. Exhibeam⁹ noſmetipſos ſic dei
miniſtros in longanimitate. Verā autē v̄go ꝑ
mltos ānos fuit i laborib⁊ mūdi ⁊ expecta-
tiōe gl'ie.ſ.ꝑ ſexagita ⁊ tres ānos vt cōit̄ cre-
dit̄:ſemꝑq; erat magꝭ feruēs ad oē op⁹ bo-
nū.ḡ fructū lōganimitatꝭ excellētiſſime ha-
buit. Hāc aūt v̄itatē ſic ꝓbat Alb.vbi ſ.ca.
cxxiiij. Bonū expectatū reficit. ſed beatiſſima
v̄go iproportionabile gaudiū alijs expecta-
uit.ḡ fructū lōganimitatꝭ iproportiōabilit̄
habuit. Itē bonū expectatū n̄ refic̄ niſi i ali-
q̄ certū ſit hri.ḡ vbi maior eſt certitudo:ibi
maior refectio i expectādo.ſ; beatiſſime v̄gis
certitudo oib⁊ alijs iproportiōnabil'r maior
extitit.ḡ ipi⁹ expectatio oib⁊ alijs iproporti-
onabil'r fructū habuit longanitatꝭ. Itē oīs
alti⁹ expectatio ē ꝑ modū eſuriētꝭ: Expecta-
tio v̄o gl'ioſe v̄gis fuit ꝑ modū comedētꝭ:ſ;
iproportiōabil'r magꝭ d̄lectat expectatō i co
medēdo q̄; i eſuriēdo.ḡ bn̄dicta v̄go fructū
lōganimitatꝭ iproportiōabil'r habuit viato
rib⁊ vniuerſ. Hec ille. Et ſic excellit lōgani-
mitatē Abrae:de q̄ ad Heb.vj.dr. Lōgani-
mit̄ ferēs adept⁹ ē re ꝓmiſſiōe;. Excellit etiā
apl'os ⁊ alios fideles q̄b⁊ dr ad Col'.j. In oī
ope bono fructificātes ⁊ creſcētes i ſcia dei:
oī v̄tute ꝯfortati:in oī patiā ⁊ lōganimitate
cū gaudio. Vn̄ d̄ ei⁹ expectatōe dici pōt il-
lud Prouer.xvij. Gēma gratiſſima expectatō
ꝑſtolātꝭ: vbi dicit glo. Qui ꝑmia futura fi-

deliter expectat q̄ſi gēme ſplēdidiſſime poſ-
ſeſſione letat᷑. Et talis fuit lōganimis expe-
ctatio beate v̄ginis.

De bonitate virginis.

y Ut ait glo. ad Gal. v. c. Bonitas
eſt dulcedo animi. Scḋꝫ āt phm
Dulce eſt qḋ eſt amaro ĩpmixtū.
Dulciꝰ qḋ eſt amaro impmixtiꝰ.
Dulciſſimū v̄o qḋ ē amaro impmixtiſſimū.
Sꝫ animꝰ btē v̄gis fuit oĩ amaritudĩe imp-
mixtiſſimꝰ. iux̄ illḋ Sap. viij. Nō hꝫ amari-
tudinē ꝯuerſatio illiꝰ. ḡ eiꝰ animꝰ fuit dulciſ-
ſimꝰ. Jō canimꝰ ei. O clemēs. o pia. o dulcꝭ
v̄go Maria. Itē hec dulcedo ē ḋ bonis cog-
niꝭ ꝛ habitꝭ: vt ait Alb. vbi s̄. ca. cxxv. Sed
btiſſima v̄go bona nobiliſſima ĩ ſe habuit ꝛ
ꝯ̄guit. ḡ dulciſſima fuit. Itē pſ. xxx. inq̄t Da-
uid. Quā magna multitudo dulcedis tue dn̄e
quā abſcōdiſti timētibꝫ te. Sꝫ btiſſima v̄go
z nobiliſſimū timorē. ſ. reuerētie habuit ĩ ſum-
mo. ḡ ꝛ dulcedinē habuit ĩ ſūmo. ¶ Itē Iu-
dicū. vj. legit᷑ ꝙ velłꝰ dulci rore ipletū poſtea
totā areā ipleuit. Per vellꝰ āt btiſſima v̄go
itelligit᷑ q̄ totū mōꝫ dulcedīe repleuit. ḡ plꝰ
oĩbꝫ dulcedis habuit. Itē vt ḋꝛ ad Heb. ix. ĩ
arca fuit vrna cū mana. ꝑ arcā aūt h. v̄go. ꝑ
māna v̄o ſūma dulcedo deſignat᷑. ḡ ipa vir-
go ĩ ſūmo habuit dulcedinē. Itē Eccl. xxiiij
ait ipa mr̄ dei. Spūs meꝰ ſup mel dulcꝭ: ſꝫ
ꝑ mel cōiter intelligit᷑ qḋ dulciſſimū: iux̄ illḋ
Iudic. xiiij. Quid dulciꝰ melle? Ergo btiſſi-
ma v̄go habuit maiorē dulcedinē q̄ꝫ oēs
alij viatores. Itē vt ait Alb. vbi s̄. q̄nto ar-
bor altior: tāto eiꝰ fructꝰ eſt dulcior. ſꝫ beatiſ-
ſima v̄go fuit arbor oĩbꝫ altiſſima ꝛ digniſ-
ſima. vt ſup patuit in. iij. p̄te huiꝰ opis. ſer.
iiij. p̄te vi. ḡ ꝛ fructꝰ bonitatꝭ eiꝰ fuit dulciſſi-
mus. Preterea ab effectu cog̃ſcit᷑ cā: vt ḋꝛ in
li. de cauſ. et ſic bonitas fructꝰ denotat bo-
nitatē ſue arboris. q̄ꝛ q̄lis ē cauſa: talē ꝓdu-
cit᷑ effectꝰ. c. fert. et c. vulnerato. j. q. j. ꝛ c. tue
de ſpō. c. acceſſit. et c. ex lr̄is. de deſpō. ipu. l.
de pupillo. ff. de no. ope. nū. et notat᷑ in c. cuꝫ
clerici. ex̄. de cenſi. Sed fructꝰ btē v̄gis fuit
oĩ dulcedine repletiſſimꝰ. ḡ ꝛ rami. iuxta il-
lud Iac. iij. Nunq̄d fons de eodē foramine
emanat dulcē ꝛ amarā aquā? q̄ſi dicat: q̄lis
intꝰ talis ꝛ extra. Cū ḡ a btiſſima v̄gie ſum-
ma dulcedo ꝓceſſerit: patꝫ ꝙ ipa dulcedinē
ꝛ bonitatē ĩ ſūmo habuit. Et iō ipa Can. ij.
inq̄t de ſpōſo ſuo celeſti eā dulcedie replēte.
Fructꝰ eiꝰ dulcꝭ gutturi meo. In eodē q̄ꝫ ca.
iiij. ca. illi ſponſus eiꝰ. Uox eī̄ tua dulcis. et
iiij. ca. Eloquiū tuū dulce. Un̄ ꝛ ipſa dicere
poterat de v̄bo dei illud Apoc. x. erat in ore
meo tanq̄ꝫ mel dulce. Precepta q̄ꝫ dĩ erant
ſibi dulciora ſup mel ꝛ fauū: vt ḋꝛ pſ. cxviij
ꝛ iō dicebat illḋ Eccl. xxiij. Nihil dulciꝰ q̄ꝫ

reſpicere in mādatꝭ dn̄i. Ipa etiam fuit illa
quā deꝰ ꝓuenit in bn̄dictiōibꝫ dulcedis: pſ.
xx. Quapropt᷑ dicere poterat illḋ Hiere. xxxj.
Sōnꝰ meꝰ dulcꝭ mihi. Et de ipa dici p̄t illḋ
Ezech. xxxiiij. Dulci ſomno capit᷑. ꝛ illḋ Eccl.
xj. Initiū dulcorꝭ habet fructꝰ eiꝰ. De ipa q̄ꝫ
dicere valemꝰ illud. ij. Eſdre. v. Dulcedo eiꝰ
ꝛ honor in ſecula. Nō ſolū aūt deꝰ infunde-
bat aĩe btē v̄gis dulcedinē: ſꝫ etiā angeli ſu-
is dulcibꝫ eloquijs ꝛ canticꝭ in ea cauſabant
magnā iocunditatē. iux̄ illḋ Amos. ix. Stil-
labūt mōtes. i. angeli dulcedinē. q̄ vicꝫ dul-
cedine etiā totū corpꝰ v̄ginis replebat᷑. Scri-
ptū eſt eī̄ Prouer. xvj. Dulcedo aĩe ſani-
tas eſt oſſiū. Ex q̄bꝫ oĩbꝫ apparet quō excel-
lētiſſime fuit in v̄gĩe dulcedo bonitatꝭ. Un̄
q̄ꝛ q̄ntū pura creatura pōt: imitata ē boni-
tatē diuinā: Jō de illa affirmare poſſumꝰ il-
lud Sap. vij. ſ. q̄ ē imago bonitatꝭ illiꝰ. Aꝫ
aūt bonitas rei cōīt ad intrinſeca referat᷑. l.
cū qḋ. ff. ſi cer. pe. tn̄ h. v̄go habuit bonitatē
nō ſolū intrinſecā: ſed etiā extrinſecā. ꝑfectiſ-
ſime eī̄ ſp obſuauit illḋ Tullij in. iij. de of-
fi. dicētꝭ. Bonꝰ vir nō mō facere: ſꝫ nec cogi-
tare q̄dē audebit q̄cq̄ꝫ qḋ nō audeat p̄dicare
Et illḋ eiuſdē autoris q̄ in li. de amicicia in-
q̄t. Illos bonos viros appellandos putemꝰ
q̄ aſſequunt᷑ q̄ntū hoīes p̄nt naturā optimā
bn̄ viuēdi ducē. Et illud Apulei in li. ḋ deo.
Socratꝭ dicētꝭ. Nihil eſt deo gratiꝰ ꝛ ſimili-
us q̄ꝫ vir anio ꝑfecte bonꝰ q̄ ceteros añcellit
Ipa nāq̄ꝫ v̄go optima ĩ bonitate creaturas
oēs ſupauit ꝛ diuine bonitati q̄ntū poſſibi-
le fuit appropinquit. Nō eſt aūt mirū ſi oēs
ipam v̄ginē bn̄dictā diligūt. Uera eſt ei illa
Tullij ſnīa in q̄dā orone ad ceſarē dicentis
Nihil eſt tā populare q̄ꝫ bonitas. de q̄ boni-
tate ipa v̄go diffundit in oēs. Un̄ illi dicere
poſſumꝰ illḋ pſ. ciij. Apiente te manū tuaꝫ
oĩa implebunt᷑ bonitate. Et merito. Nā eī̄
bonū eſt naturalr̄ ſuipius diffuſiuū: vt ait
Dionyſius. iiij. ca. ḋ diuis noībꝫ. Quicūq̄ꝫ
ḡ efficit᷑ deuotꝰ ipiꝰ v̄gis: ꝛ illā ꝑ amorē reci-
pit in corde ſuo: dicere p̄t illḋ Sap. vij. Ue-
nerūt mihi oĩa bona pariter cū illa.

De manſuetudine virginis.

Scḋm glo. Gal. v. māſuetudo ē tra- a
ctabilis. Un̄ inq̄t Catholicō ꝙ mā-
ſuetꝰ ḋꝛ quaſi manu ſuetꝰ. iux̄ illḋ
Sap. xvj. manſuetabit᷑ ignis. Ille
igit᷑ q̄ ꝑmittit ſe tractari ſine ira ḋꝛ manſue-
tus. Et iſta eſt differētia inter patiētiā ꝛ mā-
ſuetudinē que ſiles vident᷑. q̄ꝛ patiētia mo-
derat ꝛ reglat paſſionē triſticie q̄ inſurgit ex
aliq̄ moleſtia: ne nimis ꝯtriſtet᷑. Sed man-
ſuetudo refrenat paſſionem ire ne frangat:
ꝛ ꝯtra rationē aliquid agat. Jdō glo. ſup il-
lud Iac. j. Cū māſuetudine ſuſcipite inſitū

ꝟbū: ait. ꝙ māſuetudo eſt ꝯ irā. Qui ḡ minꝰ
hꝫ de ira: magꝭ hꝫ de māſuetudīe. Sꝫ btiſſi
ma ꝟgo fuit ſine aliq̄ ira: ḡ fuit manſuetiſſi
ma. Seruauit ei illō Eccl. iij. In manſuetu-
dine pfice opa tua ⁊ ſup gl̄iaꝫ hoim diligeꝛꝭ
Nihil nāqꝫ ē tā peculiare iparorie maieſtati
q̄ꝫ māſuetudo: vt ait imparoꝛ i. l. fi. C. ō do-
na. inꝰ vi. ⁊ vx. et ideo ipē multū ſe docet mā-
ſuetū. in. l. j. C. ſiq̄s imp. male. et multū lau-
dat māſuetudineꝫ. in. l. impal. C. ō nupꝰ. vbi
ōr Bal. in p̄n. ꝙ in ſola māſuetudīe ⁊ clemē-
tia pares deo eſſe poſſumꝰ. et ideo imparrix
mūdi hāc ꝟtutē ſup oēs viatoꝛes i ſūmo ha
B buit. ¶ Hoc etiā ibidē aliꝰ pbaꝛ. Nā inꝰ ſu-
pboꝭ ſp iurgia ſūt. vt ōr Prouer. xiij. ḡ ſup-
bia p ſe eſt cā iurgioꝝ. et ſic vbi ē plꝰ de ſup-
bia: ibi ē plꝰ de iurgijs ⁊ minꝰ ō māſuetudīe
Ergo p oppoſitū: vbi ē minꝰ de ſupbia: minꝰ
eſt de iurgijs ⁊ plꝰ de māſuetudīe. Sed i be
atiſſima ꝟgie fuit hūilitas i ſūmo. ḡ ⁊ man-
ſuetudo. Itē vt ait Alb. vbi ſ. c. xxxvj. Tra-
ctabilis et māſuetꝰ eſt ille q̄ hꝫ bonos moꝛes
et ē oibꝫ ꝯformis ⁊ cōformabilꝭ in his q̄ fieri
p̄nt hmōi ſm deū. Sed btiſſima virgo fuit
hmōi: vt patuit ſ. Vn̄ Bern̄. i ſer. aſſūptio-
nis inq̄t. Oibꝫ oīa facta eſt ⁊c. ḡ māſuetiſſi-
ma fuit Illa em̄ pfecto fuit māſuetudine re
pleta que in oꝛonibꝫ ſuis a deo ſup oēs alios
eſt audita. cui hūiliū ⁊ māſuetoꝝ ſp placuit
dep̄catio: Judith. ix. Sic ḡ vt ōr pſ. xxiiij. deꝰ
diriget māſuetos i iudicio. et pſ. xxxvj. Mā-
ſueti hereditabūt t̄rā: et delectabunꝰ in mul
titudine pacꝭ ſup eā. Et pſ. xxvij. Deꝰ ſaluos
faciet oēs māſuetos t̄re. Et pſ. cxlix. exulta-
bit māſuetos in ſalutē. Et Prouer. iij. man
ſuetꝭ dabit gr̄am. Proculdubio credenduꝫ
eſt ꝙ ſuſcipiens manſuetos dn̄s: vt ait pꝓha
pſ. cxlvj. hāc māſuetiſſimā ꝟginē i celeſti pa-
tria ſup oēs puras creaturas exaltauit. Et
ideo ipi m̄ri dei q̄ pꝓꝰ fructū māſuetudinis
ad illā mirabilē ſedē pūētura erat: p̄dixit da-
uid pſ. xliiij. Propꝰ ꝟitatē ⁊ māſuetudineꝫ ⁊
iuſticiam: ⁊ deducet te mirabilꝭr dextra tua.
Sciēs em̄ ipſa ꝟgo bn̄dicta ꝙ Eccl. j. ſcꝛptū
eſt: Bn̄placita eſt deo fides et manſuetudo.
pfecit illud qd̄ cōſulit Sapiēs eiuſdeꝫ li. xj.
ca. ſcꝫ In māſuetudine ſerua aīam tuā. et h
maxime egit vt filio ſuo ꝯformareꝰ. ō q̄ pre-
dictū erat Zach. ix. Exulta ſatꝭ filia ſiō ⁊ iu-
bila filia hierl̄m: ecce rex tuꝰ venit tibi iuſtꝰ
et māſuetꝰ ⁊c. et Eſa. xj. in pſona eiꝰ ōr Ego
q̄ſi agnꝰ māſuetꝰ q̄ poꝛtaꝛ ad victimā.

De benignitate beate virginis.

C Ingt glo. Gal. v. ꝙ benignitas ē lar
gitas rex. Hūc āt fructū fuiſſe i ſū
mo in btā ꝟgine: pbat Alber. vbi ſ.
ca. cxxvij. Et nos poſſumus argue-
re ſic. Largitas rex ꝯſiſtit i dando. q: beatiꝰ
ē dare q̄ꝫ accipe. c. p̄dicatoꝛ. xvj. q. j. ⁊ c. cum
Marthe. i. j. colūna. ō cele. miſ. ⁊ h etiā inq̄t
glo. i rub. ff. cōmo. ⁊ fuerꝰ ꝟba dn̄i ieſu q̄ re-
fert Paulꝰ: ſic ōſcribiꝰ Act. xx. Sꝫ btiſſima
ꝟgo iproportiōabilꝭr plꝰ alijs dedit. q: ſic de
us pr̄ dādo nob filiū ſuū q̄ ad diuitatē nob
ſilꝭ cū illo oīa donauit: vt ōr Rhom̄ viij. ita
ipa dādo nob filiū dī q̄ ad hūanitateꝫ ab eo
miniſtratā: etiā cū illo nob oīa largita ē. Et ſic
nob ꝯtulit deū ⁊ oīa creata. ⁊ ꝯn̄ter iꝓpoꝛ-
tiōabilꝭr fuit larga ⁊ bēigna. Bēignitas em̄
ōr q̄ſi bona igneitas. Nā ſic bonꝰ ignis cale
facit etiā a lōge: ita ille q̄ bēignꝰ ē bn̄ficia ex-
hibet: n̄ ſolū amicꝭ ſed etiā inimicꝭ. Hoc aūt
egit ipa bēigniſſia dei genitrix q̄ filij ſui pfe-
ctiſſima imitatrix fuit: q̄ p crucifixoꝛibꝫ exo-
D auit Lu. xxiij. ergo ⁊c.
¶ Itē. j. ad Coꝛ. xiij. ōr Charitas patiēs ē:
benigna eſt. Ergo vbi maioꝛ eſt charitas: ibi
maioꝛ eſt benignitas. Sed btā ꝟgo in ſūmo
habuit charitatē ḡ ⁊ benignitatem. Itē beni-
gnus eſt ſpūs ſapie: vt ōr Sap. j. Sed bea-
tiſſima ꝟgo plena fuit ſpū ſapientie. vt pba
tū eſt ſ. ſer. v. huiꝰ ptis. pte. j. et ſermone. vj.
etiā pte. j. in p̄ncipio. Ergo benignitatꝭ fru-
ctu fuit repleta. Seruauit nāqꝫ illud Caſſi
odoꝛi in epiſtolis ſuis dicentꝭ. Oꝛnamētum
oim bonoꝝ eſt ſincera benignitas. Igiꝰ ſi tu
gradu: dignitate: aut virtute ſupas reliq̄s:
noli illos pedibꝫ ꝯculcare. ſed ſis amabilis
affabilis et vultu facieqꝫ placidꝰ. Hec ille.
Preterea cum deꝰ ſit benignꝰ: vt ōr Joel. ij
Vn̄ ad Titū. ij. ait Paulꝰ. Apparuit benigni
tas et hūanitas ſaluatoꝛis nr̄i dī. pfecto te-
nendū eſt matrē eiꝰ fuiſſe benignā cū oibꝫ et
ſup oēs puras creaturas habuiſſe fructum
benignitatꝭ. pfectiſſime ei ſuauit illō Ephe.
iiij. Eſtote inuicē benigni. Vn̄ p̄uidēs in ſpi-
ritu pꝓha ipam dei matrē pꝓꝰ ſuā benigni-
tatē eſſe coꝛonādā: p̄dixit illi pſ. lxiiij. Benedi
ces coꝛone anni benignitatꝭ tue.

De fructu fidei beate virgis.

E Scōm glo. ad Gal. v. fides inq̄tū ē
fructꝰ ſpūs: ōr iuiſibiliū certitudo
De q̄ iā tāgit glo. i rub. C. ō ſū. tri. ⁊
fi. ca. Dicit āt Alb. vbi ſ. ca. cxxviij.
ꝙ ōlectatio itēdiꝰ ex certitudīe tribꝫ modꝭ. De delectatio ſciēdi
Primo p ſcibiliū plꝭalitatē: vt ſi delectatio ē
i ſciēdo. q̄nto plꝭa ſciūꝰ: maioꝛ ē ōlectatio Sꝫ
btiſſima ꝟgo plꝰ oibꝫ ſciuit. ḡ maioꝛē ōlecta
tionē hūit. Scd̄o p nobilitatē ⁊ melioꝛitateꝫ
ſcitoꝝ. Maioꝛ ē ei delectatio i ſciēdo melio-
ra ⁊ nobilioꝛa. vt ē ꝯgnitio diuioꝝ q̄ ē nobi-
lioꝛ ⁊ ōlectabilioꝛ ꝯgnitiōe iterioꝝ ſm pℏm
xj. et. xviij. de aīalibꝫ. ij. ō celo ⁊ mūdo. xj. me
ta. ⁊. x. Eth. et in li. ō ſecretꝭ ſecretoꝝ ad Ale-
xandrū. Vn̄ inq̄t Tho. ſup. ij. ō aīa: ꝙ ille in-
tellectꝰ nō ē nobilioꝛ q̄ plꝭa itelligit: ſꝫ q̄ nobi-

liora cogſcit. Sȝ bẽtiſſima ỽgo ſciuit nobili
ora z digniora: qꝛ habuit ꝯgnitionẽ trinita/
tis z eterne btitudĩs ſue z alioꝝ: q̃ ſcia nihil
iocũdi⁹. Nulla em̃ eſt delectabilioꝛ ꝯgnitio
q̃ȝ ſcire deũ z ſe ab illo nunq̃ȝ ſepandũ. g̃ ꝛc.
Tertio itẽdit delectatio p modũ ſciẽdi. Nã
ſi aliq̃d ſciat̃ p reuelationẽ dei: magis dele/
ctat q̃ȝ ſi ſciat̃ p hũanã adq̃ſitionẽ z ſtudiũ.
Sȝ cognitio ỽgĩs bñdicte fuit p diuinã re/
uelatõeȝ z ſcti ſpũs iſtructionẽ: vt patuit ſ.
ſmone. v. z. vj. g̃ iproportionabilẽ hũit inui/
ſibiliũ certitudinẽ oibꝫ alijs excellẽtiorẽ. Et
Fides et fidelitas sic fructũ fidei habuit in ſũmo. ¶ Põt etiã
h accipi fides p fidelitate. iux̃ illõ Iuuenal'
li. j. ſatyra. iij. Quãtũ q̃ſq̃ȝ ſua numoꝝ ſuat
in arca: tãtũ hȝ z fidei. et Ecc̃i. xxij. Fidẽ poſ
ſide cũ amico in paupertate ill⁹ vt z in bonis
ei⁹ leteris. Et ita accipit̃ in. l. ff. de ꝯſti. pecu. z
ff. depo. l. j. §. merito. C. de act. z obli. l. bonã
fidẽ. z in. j. in p̃n. ff. de pac. z in eodẽ ſenſu ac/
cipit̃ in. l. cũ venderẽ. ff. loca. z i. l. generalit̃.
C. nũe. pecu. Et ab Ouid. in ep̃lis dicente.
Ml'ta fidẽ p̃miſſa leuãt. Et in. iij. de faſtis.
Tarda venit dict̃ difficiliſq̃ȝ fides. Et a Ca
tone dicẽte. Raro fides iõ: qꝛ m̃lti ml'ta lo
quunt̃. Et ab Eſopo fabula. xxxj. Expedit in
fido nõ irritare fidẽ. Et ab eodẽ Ouid. i. iiij
de põto. ep̃la. x. Quis laboꝛ eſt purã nõ te/
merare fidẽ? Et a Lucano i. j. li. vbi ait. Nul
la fides regni ſocijs ꝛc. Et li. viij. Ardua q̃p
pe fides robuſtos exigit annos. Et li. x. Nul
la fides pietaſq̃ȝ viris q̃ caſtra ſequunt̃. Et a
Richardo poeta in lib. de nuptijs qui ait.
Quis bon⁹ abſq̃ȝ fide? ꝛc. Heſter. vj. vbi in/
q̃t rex Aſuer⁹. Quid p hac fide honoris ac
p̃mij mardoche⁹ ſecut⁹ eſt. Et eiuſdẽ li. xvij.
ca. de eodẽ mardocheo d̃r. Cui⁹ fide z bñfi/
cijs viuim⁹. Si g̃ h accipiat̃ fides p fideli/
tate: etiã in ſũmo fuit in ipa ỽgine. Fuit em̃
fideliſſima deo. Vñ d̃ ea dici p̃t illõ Neem.
Fidelis Maria ix. Inueniſti coꝛ ei⁹ fidele corã te. De fideli/
tate q̃ȝ eiuſdẽ ỽgis p̃dixit ip̃e de⁹. ij. Reg. vij
dicẽs Dauid. Erit fidel' dom⁹ tua. et. iij. Re
gũ. xj. inquit Salomoni. Edificabo tibi do
mũ fidelẽ. Ipa em̃ ỽgo ſola cũ filio ſuo fuit
dom⁹ fidelis vſq̃ȝ in ſempiternũ corã deo
Vñ ip̃a dicere põt illõ pſ. lvj. Teſtimoniũ
meũ fidele ip̃i. Fuit etiaȝ fideliſſima generi
hũano. p̃pter cui⁹ fidelitatẽ fuit reconciliatũ
deo. Vñ de p̃mo pente dici põt illõ. j. Coꝝ.
vij. Sctificat⁹ eſt vir infidelis p m̃lierẽ fide
lẽ. Fuit etiã z ẽ fideliſſima i oibꝫ p̃miſſiõibꝫ
ſuis. Vñ d̃ ip̃a dici p̃t illud Ioſue. xxiij. im/
pleuit ope q̃d p̃miſit.

f ¶ De fructu modeſtie beate virginis.

De modeſtia m̃ris dei ſup̃ tetigi in
ſmõe. iij. hui⁹ p̃ſ. p̃te. iij. iõ h non
m̃ltũ me extẽdã. Sciendũ tñ ſm
glo. Gal'. v. q᷑ modeſtia ꝯſiſtit in dict̃ z fa/
ctis vt nã fiat exceſſus vel defect⁹ q̃ ad ỽba
vl' hitũ z geſt⁹ exterioꝛes. Mod⁹ em̃ in oibꝫ ẽ
ſuãd⁹ tã in victu q̃ȝ veſtitu z alijs. l. ſȝ etſi q̃d
§. j. ff. d̃ vſufruc. Facit. l. ſolẽt. §. nõ ỽo. ff. de
offi. pcon. z le. et. l. diuortio. §. ſi rñſo. ff. d̃ neg.
ge. Dic̃ aũt Alb. vbi ſ. ca. cxxxix. q᷑ i ỽtutibꝫ
politicis medietas duoꝝ extremoꝝ eſt ỽt⁹.
vt d̃r. ij. Eth. Vñ Ber. ait. Tene mediũ ſi nõ
vis pdere modũ. In ỽtutibꝫ ỽo theologicis
tãto aliq̃d hȝ pfecti⁹ eſſe ỽtut̃ q̃nto mag̃ ele
uat z extẽdit ad ꝯſecutõeȝ finis. Vñ modus
ibi attẽdit̃ ſm maiorẽ eleuatõeȝ ỽtut̃. fides
em̃ tãto mag̃ ẽ virt⁹ q̃nto mag̃ eleuat potẽ
tiã ad credẽdũ. Et ſil'r ſpes tãto pfecti⁹ hȝ eẽ
ỽtut̃ q̃nto mag̃ eleuat ad ſpandũ. Et ſil'r ẽ
in amoꝛe: cui⁹ modus ẽ nõ tenere modũ. vt
inq̃t Ber. Si g̃ modeſti ẽ tenere modũ: mo
deſtiſſimi in ſũmo erit tenere modũ i ſũmo.
Sũm⁹ aũt mod⁹ i via eſt eleuare potẽtiã ad
pfectiſſimũ actũ q̃ põt eſſe i ſtatu vie. hmõi
ãt eleuatio fuit i btã ỽgie. g̃ ip̃a habuit fru/
ctũ modeſtie i ſũmo. Itẽ glo. ſup illõ Ro.
xij. Rõnabile obſequiũ vr̃m. ait. Neq̃ȝ nimis
neq̃ȝ min⁹. Hoc aũt iter oẽs puras creatu/
ras ſolũ ꝯuenit b. ỽgini p̃ciſe. g̃ ꝛc. Itẽ ſpũs
ſapie eſt modeſt⁹: vt d̃r Sap. vij. Et ſapia q̃
deſurſuȝ eſt: modeſta ẽ z ſuadibil' ꝛc. Iac. iij
Sed i btã ỽgie fuit ſpũs ſapie i ſummo ſup
oẽs viatoꝛes: vt ſ. pbatũ. g̃ z modeſtia i ſũ
mo. Itẽ puer. xxij. d̃r. Finis modeſtie timoꝛ
dñi. ſed i btã ỽgie fuit timoꝛ dñi in ſũmo: vt
patuit ſ. g̃ z modeſtie fruct⁹. Ip̃a etem̃ pfe/
ctiſſime ſuauit illud Phil'. iiij. Modeſtia
v̄r̃a nota ſit oibꝫ hoibꝫ. Et illõ. j. Pe. iij. Cuȝ
modeſtia z timoꝛe ſciam hñtes bonã.

¶ De cõtinentia beate virginis. G

Continentia ſm glo. ad Gal'. v. eſt
abſtinere a bonis placitis et licit̃.
Intelligunt̃ aũt h placita ſm ſen/
ſum: nõ ſm intellectũ: vt ait Alb.
vbi ſ. c. cxxx. Nõ em̃ eſt virt⁹ abſtinere a bo
nis placit̃ ſm itellectũ: q̃ ſunt ſimpl'r bona
ſm ỽtutẽ appetẽda. A bonis aũt ſenſibilibꝫ
z delectabilibꝫ abſtinere ẽ ỽt⁹ ꝯtinẽtie. Sũ/
me ỽo delectabile ſm ſenſum eſt act⁹ gene/
ratiõis. g̃ ab hoc abſtinere eſt maximũ ỽtu/
tis. Et hoc põt eſſe tripl'r. Primo p abſtinẽ
tiam pfectam: vt in ꝯiugat̃. xxxj. diſ. c. nice/ Cõtinentia fit tripliciter
na. q̃ ab alijs ꝯtinent extra ſe. Scd̃o p abſti/
nentiã pfectioꝛẽ: vt in viduis. xxvij. q. j. c. nu
ptiaꝝ. Tertio p abſtinẽtiã pfectiſſimã: vt in
ỽginibꝫ: q̃ tãte eſt excellentie q᷑ pſuaderi põt
ſed nõ imparí. c. itegritas. xxxij. q. j. Hec au
tẽ in btã ỽgine fuit in ſũmo. g̃ z fructũ cõti/
nentie habuit in ſũmo. Preterea virtus eſt
circa arduũ z difficile. ij. Eth. ſed maxie ar/
duũ difficile videt̃ eẽ abſtinere ab actu ge/

neratiõis nature corruptibilitate. vñ Salo
mon dicebat deo Sap. viij. Nõ poſſuꝫ eſſe
ↄtinẽs niſi tu dederis. ergo vbi ẽ illa abſtinẽtia
in ſũmo: ibi eſt ⁊ ↄtinẽtia in ſũmo. ſꝫ hec fu-
it in btã ꝟgĩe. ergo ⁊c. Itẽ augmẽtat ꝟtutẽ ↄti-
nẽtie abſtinere nõ ſolũ a delectabilibꝫ licitis:
ſꝫ etiã a debitis. ⁊ quãto magis debitis tãto ma-
ior eſt ↄtinẽtia abſtinere ab illis. ſꝫ btiſſima
ꝟgo abſtinuit ab honoribꝫ ſibi debitis ſuper
oẽs creaturas, inq̃ꝫtũ erat dei mr̃. Cũ ergo ſe hu
miliauerit in ſũmo: ⁊ a reuerẽtia improporz
tionabiliť ſibi debita ↄtinuerit: pfecto habu
it fructũ ↄtinẽtie i ſũmo. Vñ de illa dici põt
illd̃. ij. Mach. xiiij. Cõtinẽtie ꝓpoſitũ tenu-
it. ſ. in ſũmo. Et q̃ apparet eiꝰ excellẽtia. Cum
enĩ nõ ſit cõdigna põderatio aĩe ↄtinẽtis: vt
dr̃ Eccl. xxvj. pculdubio excellẽtia beate vir
ginis ↄtinentis in ſũmo erit improportiona
bilis ⁊ inextimabilis.

¶ De fructu caſtitatis beate ꝟginis

Quia ſup̃ ſmõe. iiij. huiꝰ ptis tra-
ctaui de ꝟtute ꝟgitatis ⁊ caſtitatis
mr̃is dei: ideo h breuiť me expediã
de fructu eiꝰ. Sciẽdũ ergo ſm glo.
ad Gal. v. q̧ h caſtitas eſt recte vti licitis.
Ille ãt recte vtiť q̃ ſuat dictũ apl̃i. j. Cor. x.
Siue mãducatis ſiue bibitis ſiue aliud facitis
oĩa i gl̃iaꝫ dei facite. Sic faciebat imperator
q̃ in. l. j. in pn. C. de vet. iu. enu. ait. Ita ani-
mos nr̃os ad dei oĩpotẽtis erigimꝰ adiutoriũ
vt neq̧ armis ↄfidamꝰ: neq̧ nr̃is militibꝫ:
neq̧ belloꝝ ducibꝫ vl̃ nr̃o igenio: ſꝫ oẽm ſpẽ
ad ſolã referamꝰ ꝓuidẽtiã trinitatis. Oẽs ergo
actões hũane ſt̃ referibiles ad deũ. Ille igiť
pfectꝰ in ſũmo erit q̃ oẽs actꝰ ſuos i deũ re-
fert. ⁊ hmõi ſic referri ẽ vti. Vñ mgr̃ ſen. i. j.
diſt. j. inq̃t: q̧ vti eſt id qđ in vſũ venerit re
ferre ad id qđ fruendũ eſt. ſ. deo q̃ ſolꝰ ẽ fruẽ
dus. Sic ãt ↄtigit referre differẽter: ita cõ-
tingit vti differẽť. Nã aliq̃ viatores refe-
rũt i deũ aliq̃ ſolũ. alij ꝟo oĩa: ſꝫ habitualiť.
nã ipoſſibile ẽ eos ſp̃ oĩa referre actualr̃: vt
ꝓbat Alb. vbi ſ. ca. cxxxj. q: nõ eſt hõ q̃ non
peccet. iij. Reg. viij. Qui aũt peccat nõ põt
ſp̃ oĩa i deũ referre actualr̃. nã ꝓtũc qñ pec-
cat nõ refert i deũ illđ i q̃ peccat etiã venia-
liť. ſꝫ h. ꝟgo oĩa ſp̃ i deũ referebat actualr̃ cũ
nũq̧ peccaret: ſꝫ ſp̃ i gr̃a dei ſtaret: vt ſ. ꝓba
tũ eſt. ergo improportionabilr̃ ſup̃ oẽs hñ vſa
eſt licitis. ⁊ ↄſeq̃nť habuit fructũ caſtitatis in
ſũmo: ſm Alb. vbi ſ. Dicit aũt Nico. de Ly
ra. ſup̃ epl̃aꝫ ad Gal. ca. v. q̧ caſtꝰ ꝓprie dr̃ il
le q̃ nec ↄſentit ↄcupiſcẽtijs: nec etiã patiť ea
rũ moleſtias. Hec igiť excellẽtia caſtitatis
ſingulariſſimo modo ↄuenit dei genitrici: q̃
nunq̧ alicui carnali ↄcupie ↄſenſuꝫ pſtitit:
imo nec vnq̧ aliquẽ motũ eiꝰ ſenſit. ⁊ ideo in
ſũmo caſtiſſima fuit. deꝰ enĩ illã i puriſſima
ꝟginitate ſp̃ ↄſeruauit. vñ ipa dicere põt de eo
illud Hiere. iij. Dux ꝟgitatis mee tu es. Eiꝰ
q̧ꝫ caſtitatis excellẽtia oñdiť ex eo q̧ ipa non
ſuauit eã ex timore vel ꝟecũdia. ſic illa de q̃
inq̃t Ouid. Caſta eſt quã nemo rogauit ⁊c.
ſed ſuauit illud ↄſiliũ Tullij dicẽtis. Nõ ſce
no ſis caſta metu ſed mẽte fideli ⁊c. Itẽ ipa
pfecte euitauit oẽs occaſiões luxurie. vñ vo
luit eẽ pauperrima. q: vt ait Ouid. ij. đ reme.
amo. Diuitijs aliť luxurioſꝰ amor. Et in po-
tu parciſſima fuit. q: vt ait idẽ poeta vbi ſ.
Vina parãt anim veneri ſi plurima ſumas
Et luxurioſa res eſt vinũ. Prouer. xx. ⁊ lu
xurioſa. xxv. di. Itẽ nũq̧ ocio vacauit: ſciẽs
verã eſſe Ouidij ſen. i. j. de reme. amo. q̃ inq̃t
Ocia ſi tollas perire cupidinis arcus. ſꝫ ſp̃
diuerſis opibꝫ ⁊ auſteritatibꝫ oĩa libidis in
cẽtiua refrenauit: ſuãs illđ Col. iij. Morti-
ficate mẽbra vr̃a. His igiť duodeci fructibꝫ
ſpũs repleta btiſſima ꝟgo ſoluta fuit ab oĩ
lege hũana ⁊ carnali. iuxta illđ Gal. v. Qui
ſpũ dei aguntť nõ ſunt ſub lege. Per hos eti
am fructꝰ cũ ceteris ꝟtutibꝫ diabolũ pſtra-
uit ⁊ deſpexit. Cui dr̃. iiij. Reg. xvj. Spreuit
te: ſubſannauit te ꝟgo filia ſion. Figurata
q̧ꝫ fuit ipa bñdicta ꝟgo in ligno vite in me-
dio paradiſi: qđ. xij. fructꝰ ꝓtulit: vt dr̃ Apoc.
vlť. q: hos. xij. fructꝰ ſpũs nõ ſolũ i ſe habu-
it ſꝫ etiã ad ſalutẽ oĩm gentiũ mirabilr̃ ꝓdu
xit ⁊ cõicauit. Cui btiſſime ꝟgini ſit perennis
gl̃ia p infinita ſecl̃a ſecloꝝ. Amen

¶ De gratijs gratis datis btẽ ꝟginis.

Sermo. IX.

Viſo đ gratijs

gratũ facientibꝫ qualiť fuerunt in
btã ꝟgine: ↄſeq̃nter videnduꝫ eſt
de gratijs gratis datis. Sic enĩ ↄtinuatio
ordinata debet fieri de titulo ad titulũ: vt in
l. ij. ff. de ſta. ho. ⁊ in. §. qbꝫ. in. j. ↄſti. co. ⁊ i. l.
cũ delanconis. §. aſinã. ff. de fun. inſtruc. Et
ſilr̃ de libro ad libꝝ qñ cõmode fieri põt: vt
notať inſti. de acti. in pn. lꝫ hec nõ ſit oĩno ne
ceſſaria ſm glo. in rubrica. ff. de ↄdi. fur. Si
cut etiã ↄtinuatio ſolet fieri de lege ad leges
qñ cõmode fieri põt: vt eſt glo. in. l. ij. ff. đ ꝟ.
ob. et aliqñ de paragrapho ad paragraph. vt ni
habeť in. l. gallus. vbi glo. in. §. j. ff. de libe. ⁊
poſthu. Pari mõ etiã ↄſentaneũ videť ↄti-
nuare hũc ſmonẽ loq̃ntẽ de gratijs gratis
datis ad ſupraſcptos loq̃ntes đ gratijs gra
tũ facientibꝫ. Multe aũt ſũt gr̃e gratis date
q̃ꝝ aliq̃s ponit apl̃s. j. Cor. xij. di. Alij q̃dẽ
p ſpm̃ datť ſmo ſapie. alteri aũt ſmo ſciẽtie
ſm eũdẽ ſpm̃. alij fides in eodẽ ſpũ. alij gr̃a
ſanitatũ. alij operatio ꝟtutũ. alij ꝓphetia. alij
diſcretio ſpirituuꝫ. alij genera linguaꝝ. alij
interpretatio ſmonũ. Quaſdã ꝟo alias gr̃as

ponit idem Apl'us ad eph.iiij.di. Jp̄e dedit q̄ſdam q̄dam apl'os: q̄ſdam aūt ꝓphās: alios ꝟo euangeliſtas: alios aūt paſtores ꝛ doctores ad ꝯſummationē ſctōꝝ i opus miniſterij in edificationē corꝑis chr̄i. De q̄b⁹ gratijs h̄ ꝑtractabim⁹: oñdentes q̄l'r in mr̄e dei fuerūt excellentiſſime.

¶ De ſapia quā habuit btā ꝟgo in ꝯtemplatione eternoꝝ.

Utrū maria vidit āgelos p ſpēs ppꝛias

Ꝙo expeditione hui⁹ p̄me ptis q̄rit̄ vtꝝ mr̄ dei in hac vita viderit angelos ꝛ ſpūalia p ſpēs ꝓprias? Et videt̄ ꝙ ſic. Jpa em̄ (vt ait Alber. vbi ſ. c.cxxxij) videre potuit: ꝛ vidit ſpm̄ increatū p ſpēm ꝓpriā / ḡ et quēlibet aliū. Jtē i ij. dial'. inq̄t Greg. Quid em̄ nō vident q̄ videntē oia vident: ſed ipa vidit videntē oia / ḡ vidit oia. Jtē Phus ait: ꝙ intel'ls cog̃ſcit oia ꝑ̄t ſeip̄m agnoſcendū. Quicq̄d aūt eſt ſm nāam cognoſcitiuū alicui⁹: cog̃ſcet illud niſi impediat̄. Jlla aūt impedimēta ſm Auguſtinū ſunt phantaſmata corꝑaliū aīe per amorē ꝯglutinata: q̄b⁹ abſtractꝭ aīa ſeip̄am videt. Sed ab his aīa btē ꝟgis potuit ſe abſtrahere / ḡ potuit ſeip̄am videre p ſpēm ꝓpriam. Jtē ſm Aug. in li. de ſpū ꝛ anima. Aīa a p̄ncipio ſue creatiōis h₃ in ſe ꝯcupiſcibilitatē / rōnabilitatē / ꝛ iraſcibilitatē / ḡ in ſe eſt nāl'r cognoſcitiua: vn̄ poſito p poſſibile ꝙ n̄ infunderet̄ corꝑi: adhuc eēt cognoſcitiua: et nō eēt coartata p aliam nām / ḡ apta nata eſt cognoſcere oia. S₃ inordinatū eſt ꝙ aliq̄d foret cognoſcitiuū oim alioꝝ ꝛ nō ſuiꝑ̄i⁹ / ḡ anima nāl'r eſt cog̃ſcitiua ſuiꝑ̄i⁹ et oim aliorū / ḡ cognoſcet oia ꝛ ſeip̄am niſi impediat̄. hoc aūt ē impedimentū q̄d dictum eſt ſ. ſed in aīa btiſſime ꝟgis h̄ fuit ſublatū / ḡ vidit ſeip̄am ꝛ oēs angelos ꝛ oia creata. Un̄ Auguſtin⁹ in li. de ſpū ꝛ aīa inq̄t: Anim⁹ corꝑis dn̄ator / rector / ꝛ habitator videt ſe p ſeip̄m: non q̄rit auxiliū corꝑaliū oculoꝝ: imo ꝟo ab oib⁹ corꝑalib⁹ ſenſib⁹ tanq̄₃ cōpedib⁹ abſtrahit ſe ad ſe vt videat ſe in ſe: ꝛ nouerit ſe apō ſe: ꝛ dum vult deū cognoſcere eleuat̄ ſup ſe. Jtem Phs in .j. de aīa dic: ꝙ oīno et penitus difficillimū ē aliquā fidem accipe ð aīa ſm ſuam ſubam: opationes em̄ ꝛ potentias ipſi⁹ et accidentia nō eſt difficillimoꝝ cognoſcere. Si ḡ cognoſcere animā in ſe p ſuā ſpēm eē ð nūero difficillimoꝝ ē / ḡ ē ð nūero cog̃ſcibiliū / ḡ ſm Phm (q̄ nō habuit ad grām reſpectū) poſſibile eſt animā cognoſcere per ſpēm ꝓpriam / l₃ difficulter. Sed iſta difficultas amouet̄ p abſtractionē a phātaſmatib⁹ corꝑalib⁹: q̄ abſtractio fuit cōpletiſſima i cōtemplatione beate ꝟginis / ḡ vidit animas ꝛ ſpūs in ſua contemplatione. Si ḡ vt ex p̄cedentib⁹ pat₃ etiam philoſophice loquendo: anima in corꝑe citra auxilium grē gratū facientis in ꝯtemplatione ſpirituum ꝛ ſpūalium aſpectum dirigere poteſt ꝛ videre: ꝑfecto multo fortius anima btē ꝟginis eleuata ꝛ abſtracta plenitudine grē hoc facere poterat. Jtem Paulus in raptu vidit diſpoſitionem celeſtꝭ hierarchie: ꝛ beato Dionyſio reuelauit / ḡ multo magis btā virgo vidit ſtatum angeloꝝ ꝛ triumphantꝭ eccl'ie. Qð em̄ eſt conceſſum ſuo: mlto magis ꝯceſſum fuit vniuerſoꝝ dn̄e. q2 capacitas ſerui regulat̄ ſm capacitatē dn̄i. l. ſi mihi et tibi. §. in regula. ff. de le. j. Jtem Martinus vidit demones / et Jacob angelos: qn̄ dixit Gen̄. xxxij. Caſtra dei ſunt hec. Ergo et beata virgo in ſua contemplatione poterat videre angelos ꝛ demones et animā ꝓpriam: immo et ipſu₃ deū. Hac igit̄ ſapia de diuinis repleta magnifice locuta eſt ipa virgo benedicta cōponens canticum illð excellentiſſimū Magnificat anima mea dn̄m. Hac ſapia freta docuit apl'os ſapientiſſimos de multis myſterijs fidei et ſecretis diuis poſt aſcenſionem filij. Et q̄d miru₃ ſi ſapientiſſima oim fuit q̄ mr̄ fuit chr̄i: qui eſt dei ꝟtus et ſapientia: vt ð .j. Coꝝ. j. Jp̄e igit̄ dei filius q̄ dixit apl'is Lu. xxj. Dabo vobis os ꝛ ſapientiam cui nō poterunt reſiſtere omnes aduerſarij veſtri: multo excellētius dedit eam ſue chariſſime genitrici. Si enim de⁹ ſapiam p̄ſtat paruul' .i. humilib⁹. Ps. xviij. multo magis eam p̄ſtitit humillime virgini. Jō illi inq̄t Salomon Sap. vij. Dic ſapie: ſoror mea es. De eius quoq₃ ſapie profunditate dici p̄t illud Eſa. xl. Non eſt inueſtigatio ſapie eius. De ipſius etiam ſmonib⁹ p̄t dici illud Prouer. xviij. Jn labijs ſapientis inuenit̄ ſapia. et .x. eiuſdē li. ca. Os iuſti parturiet ſapiam. Si em̄ vt ſcptum ē Eccl. xxvij. hō ſanct⁹ in ſapia manet ſic ſol: ꝑfecto oim ſctōꝝ ſctiſſima virgo in ſūma ſemꝑ ſit ſapia.

¶ De grā ſcie btē ꝟgis.

Gratiam ſcie ad finem bene opandi I postulabat ꝓpha Ps. cxviij. dicēs Sciam doce me vt diſcam iuſtificationes tuas. Multiplici em̄ ex Multiplex cā q̄rūt hoies ſcire: vt ait Bern̄. i q̄dam ſer. ſcire dicens: Sunt q̄ ſcire volunt vt ſciant̄: ꝛ vanitas eſt glie. Sunt q̄ ſcire volūt vt ſciant: ꝛ curioſitas eſt. Sunt q̄ ſcire volūt vt lucrētur: ꝛ cupiditas eſt. Et ſunt q̄ ſcire volunt vt edificent ꝛ alios: ꝛ charitas eſt. De his q̄q₃ diuerſis reſpectib⁹ ſciendi tractat Arch. i c. nōne. xxxvij. diſt. et ego diffuſe dixi in .ij. pte Roſarij ſmonū. ſerm̄. xxix. pte. iij. Hec aūt

ſciuit: q꞉ nunq̄ꝫ in tentatiōe ſuccubuit. So-
phiſticam ī ſummo habuit/ q꞉ oēs aſturias
diaboli cog̃uit et oīa ſophiſmata ſua patefe
cit. Dialecticam ī ſummo ſciuit: q꞉ oīa ꝓble
mata ſoluere ſciuit. Demonſtratiuā in ſum
mo ſciuit: q꞉ nobiliſſimā ꝓpriam paſſionem
de nobiliſſimo ꝓprio ſubiecto ꝑ ſemetipāꝫ cō
cluſit. Nobiliſſimū ſubiectū eſt p̄ma ⁊ ſum-
ma bonitas. Nobiliſſima et ꝓpria eiꝰ paſſio
eſt miſcdia. Uñ in oꝛōne dicimꝰ: Deus cui
ꝓprium eſt miſereri. Hanc aūt ꝓpriam paſſi
onem de hoc ſubiecto btā v̄go concluſit: qñ
ꝑ eam tanq̄ꝫ ꝑ mediū ſumme bonus deꝰ in
ope noſtre redemptionis in ſe ſummā miſe
ricoꝛdiā demonſtrauit: q̄ſi tali vteret̃ demō
ſtratione. Quicūq̄ꝫ aufert q̄dcūq̄ꝫ malū au
feribile et confert omne bonum conferibile
ip̄e eſt ſumme miſericoꝛs/ ſꝫ deꝰ hō in nr̄a re
demptiōe abſtulit oē malū auferibile: ⁊ con
tulit omne bonū ꝯferibile/ g̃ ſumme miſeri
coꝛs. Et hoc factum ē ꝑ mediū ip̄ius btē vir
ginis de q̄ carnem aſſumpſit: ⁊ ex q̄ incarna
tus ẽ factus. Ex quo patꝫ ꝙ ip̄a habuit oēs ꝑ-
R tes logice in ſummo. ¶ Phiam etiam ha
Impera buiſſe v̄ginem gl'ioſam manifeſtū eſt. Nam
toꝛ plenꝰ imꝑatoꝛ d꞉ phia plenus. C. ad ſill'. l. penl'. g̃ ⁊
phia ip̄ſa imꝑatrix celeſtis. Ad qd̄ facit. l. ꝑnceps
.ff. d̄ legi. Item ad phiam ꝑtinet detinere fu
roꝛem amoꝛis vicioſi. §. illud q̄ꝫ in aut. qbꝫ
modis nāles efficiunt̃ legitimi. De q̄ per Al
bꝛicum de Roſate in. l. vnica. C. de ſenatuſ-
cōſul. clau. tol. Et pecunias contemnere. l. i
honoꝛibꝫ. §. phis. ff. de vaca. mu. atq̄ꝫ in di-
ctis temperatū eſſe. §. nos v̄o. i pꝛoemio. ff.
Hec aūt omnia fuerunt in dī matre. Item
philoſophia d꞉ a philos qd̄ ē amoꝛ: ⁊ ſophia
qd̄ eſt ſapientia: quaſi amoꝛ ſapientie: vt no.
in. l. j. ff. de iuſticia et iu. d̄ q̄ ꝑ Arch. viij. di.
in p̄n. Suꝑ omnes aūt btā virgo amauit ſa
pientiā/ g̃ ſuꝑ oēs habuit phiam. Et ſimilit̃
phyſicam et medicinam ꝓbat Alb. in p̄alle-
gato loco. c. cxlj. eam habuiſſe ſic: Ut inquit
Phs. j. d̄ anima: Cognitio anime valet ad
omnia: maxime ad ſcientiam nālem/ ſed he
atiſſima virgo ꝑfectiſſimā cognitionem ani
me habuit: ꝑfectiſſime eñ ſe cognouit/ g̃ ⁊c̄.
Item ꝑ diuerſas ꝓprietates lapidum/ ſpecie
rum/ lignoꝝ/ et animaliū/ et ceterarū nāliū
diuerſe figurant̃ intelligentie myſterioꝝ in
ſacra ſcp̄tura/ g̃ ſine noticia reꝝ non eſt ꝑfe-
cta noticia ſcp̄turaꝝ: ſed btiſſima v̄go perfe
cte ſciuit ſcp̄turā/ g̃ habuit in ſummo nāliū
Sciuit ſciam. Item nullus fuit moꝛbꝫ q̄ntūcūq̄ꝫ i-
mediciaꝫ curabil' q̄n ſciret et poſſet eum curare/ g̃ i ſū
mo habuit ſciam medicine. Item ip̄ſa ſciuit
curare ſolo verbo/ g̃ ſciuit medicinam i ſum
mo. Item ip̄a ſciuit curare coꝛpꝰ ⁊ animā/ g̃
in ſummo habuit medicīe cognitionem/ io

ei canit̃: Cecos tu illumina/ moꝛtuos reſu-
ſcita: da meſtis leticiam. Ut eñ d꞉ Eccleſia-
ſtici. xxxviij. Altiſſimꝰ de terra/ id eſt de v̄-
gine Maria creauit medicinā. Quapꝛop̄t
de indeuotis btē virgini dicere poſſumus il
lud Sap. j. Non eſt in illis medicamentū.
Et illud Hiere. viij. Medicus nō ē ibi. Jdo
cuilibet fideli d꞉ illud Ecci. xviij. Añ languo
rem adhibe medicinā/ id eſt v̄ginis deuoti-
onem: q̄ te p̄ſeruabit a pctoꝝ infirmitate.
¶ De ſcientijs q̄ꝫ mathematicꝭ: ꝙ in btā v̄- S
gine fuerūt: ꝓbari pōt ſm Alb. vbi ſ̄ ca. cxlij Sciuit
Nam ip̄a fuit ꝑfectiſſima ſm affectū/ g̃ ⁊ ſꝫ mathe-
intellectum. Cum g̃ dilexerit omnia diligi- maticā
bilia: ꝯcludendum eſt ꝙ etiam cognouit o-
mnia cognoſcibilia. Item ſm Hiero^m. geo
metria/ arithmetica/ ⁊ muſica/ habent i ſua
ſcia v̄itatem. c. ſiq̄s grammaticā. xxxvij. di.
⁊ v̄itas ꝑficit intellectum vt bonum eius/ g̃
⁊c̄. Pꝛeterea laudat̃ Abꝛaam ꝙ erat ꝑitus in
aſtris: et docuit egyptios aſtronomiā: ⁊ per
eam ditatus eſt. Jō videt̃ ꝙ iſtas ſcientias
ꝑfectiſſime habuerit beata v̄go quantuꝫ ad
id qd̄ vtile eſt in eis: vt per illas deueniat̃ in
cognitionem creatoꝛis ⁊ noticiā ſcp̄turaꝝ: ⁊
quantum ſcire congruit: cū ip̄i mr̄i dī nul-
lum bonum defuerit. Et q̄ntum ad muſicaꝫ Sciuit
patet ꝙ tam in veteri q̄ꝫ in noua lege erant muſicā
cantoꝛes et vſus cantus ad diuinum cultū
Cantus aūt recte ſit̃ ꝑ muſicā/ g̃ ad cultuꝫ
dei ꝑtinet ſcientia muſice/ g̃ fuit in beata vir
gine: cum ꝑ inſtrumentoꝝ pulſationem ⁊ di-
uerſam melodiam excitet̃ animi affectꝰ ad
deum: vt patꝫ in heliſeo/ q̄ faciens pſalteriū
adducere ⁊ pulſare: excitata eſt mēs eius ad
ꝓphiam: vt d꞉. iiij. Reg̃. iij. Pꝛeterea q̄cquid
ꝑfectiſſimo auditui delectabiliſſimū fuit ad
audiendum illud maxime harmoniacū fu-
it: ſed auditus filij dei nobiliſſimꝰ fuit/ ergo
vox matris ſibi delectabiliſſima fuit ad au-
diendum: et conſequenter ſumme harmo-
niaca. Uñ Cañ. ij. d꞉ ei: Sonet vox tua i au
ribꝫ meis: vox eñ tua dulcꝭ. Ergo ip̄a beatiſ
ſima v̄go effectum muſice ſcientie habuit in
ſummo. Habet eñ muſica delectationem
nālem: ⁊ in omnibꝫ etatibꝫ atq̄ꝫ oībꝫ moꝛibꝫ
vſus ip̄ius eſt amicus: vt ait Phs. viij. Po
liticoꝝ ca. vij. Item muſica letificat coꝛ ⁊ ty
bie ac pſalterium: ſuauem faciunt melodiā
Ecci. xl. Dicit quoq̄ꝫ Macrobius in lib. de
ſomno Scipionis: Omnis anima muſicis
ſonis capit̃: et muſica capit omne qd̄ viuit.
Et Boecius in muſica libꝛo. j. inq̄t: Nulla ē
omnino etas que a cantilene dulcꝭ delectati
one ſeiuncta ſit. Caſſiodoꝛus etiā lib. ij. epi-
ſtolaꝝ: ep̄la. xl. ait: Muſica triſticiam noxi-
am iocūdat: tumidos furoꝛes attenuat: cru
entam ſeuiciem efficit blandā: effugat igna

ꝑiam/ſoporantē languorē expellit/vigilanti
bus reddit ſaluberrimā q̄etem/viciatā tur/
pi amore ad honeſtū ſtudiū reuocat caſtita
tē:tollit mentiſ tediū bonis cogitationibus
ſemꝑ aduerſum:ꝑnitioſa conuertit ad auxi
liatricem grām:⁊ per dulciſſimas volupta
tes expellit animi paſſiões. Nihilq̄ʒ efficaci
us inuentū eſt ad ꝓmouendū anios q̄ʒ ꝯca/
ue cithare blanda reſultatio. Hinc etiaʒ ap/
pellatā exiſtimamꝰ chordā:qḋ facile corda
moueat. Hec ille. Si ḡ muſica tantū vtilis
etiam malꝭ:⁊ eos ad bonū inducit: mltō ma
gis bonos in meliꝰ ꝓficere faciet:et ꝯñr in
oīm bonoꝝ optima ꝟgine excellētiſſime fuit
que cordis leticiam et delectationē in ſūmo
X habuit. ¶ Quantū ꝟo ad aſtronomiā legiꝶ
Gen.j.ca. In ꝑncipio creauit deus celum ⁊
terram. vbi expoſitores ponūt plures celos
Item ibidem dr̄: Fecit deus duo luminaria
magna:ſolem ⁊ lunā et ſtellas: et poſuit ea ī
ſigna et tempora/dies et ānos. Ex q̄ videꝶ ꝙ
ſit neceſſaria vel ſaltē vtilis aſtronomia ad
intelligentiā ſcṗturaꝝ:quam q̄ʒ bt̄a ꝟgo ple
ne habuit:iō aſtronomiā excellentiſſime in/
tellexit. De arithmetica etiam eodem mō ꝓ/
bari pōt. Nam cum ſit circa nūeros: qui in
ſcripturis diuinis continent diuerſa myſte
ria:vt pʒ Dan.ix.et.xij.et computatiōes an
noꝝ de vitis antiquoꝝ ibi notanꝶ: et diuer/
ſa feſta diuerſis tp̄ibꝫ agunꝶ ⁊ in ſcṗtura agi
deſcribunꝶ:ḡ eſt neceſſaria vel ſaltem vtilis
ſcīa algoriſmi:et ꝯñr ſcīa de nūero ſcʒ arith/
metica:ḡ et in bt̄ā ꝟgine nō ē credenda defu
iſſe. Et ſimilr̄ ꝓbare poſſumꝰ de geometria:
nam in ſacra ſcriptura diuerſe menſure ſt̄ et
menſurationes:vt menſura ephi/chori/mo
dij/chades/cubiti/calami/tincitidis/⁊ alie
menſurationes: vt in tabnaculo Exo.xxxvj.
ca.et in templo Ezech.xl. De hmōi aūt ē ſcīa
geometrie. Vñ dicunꝶ geometri.i.calcula/
tores.C.ḋ decurio.l.canonem.li.x.vl' agri/
meſſores.C.de excuſa.arg.l.fi.lib.o.x.⁊.ff.ḋ
excuſa.tuto.l.geometri.ḡ cum hmōi ſciētia
ſit neceſſaria ad intelligentiam ſacre ſcriptu
re:abſq̄ʒ dubio fuit in beata ꝟgine. Et de p̄
dictis ſcientijs poteſt etiam ſic ꝓbari. Nam
cum habuerit ſcientiam legalem in q̄ mltū
curaꝶ ḋ ſcientia arithmetice in computādo:
ꝓut habeꝶ in.l.iij.§.ſexto.in glo.ī verbo biſ/
ſexto.ff.de minori. et in.l.j.in fine.in glo.in
ꝟbo/ſeptime ꝯditionis.C.ḋ iuſt.cōmit. Si
milꝶ et de geometria:vt in toto titulo.ff.ſi
menſor fal.mo.dixe.et finium regundoꝝ.et
cōi diui.⁊ in.§.penul.inſti.ḋ offi.iudi.⁊ ali/
bi ſepe:ꝑſertim ī diuīa tiberiadi Bartoli cō
cludiꝶ ꝙ vtile fuit ipam habere has ſcienti/
as. Geometria eīm eſt licita ⁊ approbata.l.ar
tem geometrie.C.de malefi.et mate. ¶ Si

autem habuerit theologiam in ſummo:ꝓ/ U
batur. Nam cum habuerit iuris prudentiā Jurſ pru
(vt ſ̄ dictum eſt)⁊ iuris prudentia ſit diuia dētia
rū reꝝ noticia:vt ḋr in.l.iuſticia.§.iurſ pru
dentia.ff.de iuſti.et iu.et inſti.co.§.iurſ pru
dentia. Cunq̄ʒ ḋ diuinis tracteꝶ non ſolum
in iure canonico.ſed etiam in ciuili:vt patet
C.de ſumma trini.et fi.ca.maxime in epiſto
la Inꝶ claras.ḡ habuit ſcientiam theologie.
Et poteſt etiam ſic probari ſm Albertum vbi Sciuit
ſ̄ ca.cxlv. Inquit pſ̄ pſal.cxviij. A manda theologi
tis tuis intellexi.ḡ impletio mandati auget am
intellectum oꝑanti. Sed beata ꝟgo manda
tum in ſummo impleuit/ergo theologiā in
ſummo intellexit. Item ibidem inq̄t idē pſ̄.
Lucerna pedibus meis verbum tuum. Sʒ
beata ꝟgo ſola nunq̄ʒ pedem affectus oſten
dit/ḡ lucerna verbi illam ꝑfectiſſime illumi
nauit. Preterea Ezech.j.dr̄: Cum eleuaren
tur animalia:eleuabanꝶ pariꝶ et rote iuxͣ ea.
Quod exponens btūs Greg.inq̄t:ꝙ cū ele/
uanꝶ doctores in vita ſcʒ ſpūali:honoraꝶ et
exaltaꝶ in eis ſcientia. Sed beata ꝟgo habu
it excellentiſſimā/ḡ etiam habuit eleuatiſſi/
mā theologie ſciētiam. Item apoſtoli ſciue/
runt theologiam cum nō didiciſſent huma/
nitus/ḡ multo fortius beata ꝟgo. Item ipa
habet aureolam p̄dicatorum:vt ꝓbabiꝶ in/
fra in vltima parte huius operſ/ergo ſciuit
theologiam. Item de beata Cecilia legitur:
Virgo glīoſa ſemper euāgelium chriſti ge/
rebat in pectore/ergo multo fortius bt̄ā vir
go. Item.j.Joan.ij.dr̄: Unctio docet vos ḋ
omnibꝫ:vbi gloꝶ.ait.ſ.ad ſalutem ꝑtinentibꝫ
Sed beata ꝟgo ſuper omnes fuit vncta/er
go improportionabilr̄ ſciuit omnia ad ſalu/
tem ꝑtinentia:de quibꝫ eſt theologia. Item
in arca erat lex dei.Exo.xxv.ſed per arcam fi
guraꝶ bt̄ā ꝟgo/ḡ ipa in ſe habuit totam le/ X
gem dei per ſcientiam ipſius. ¶ Si autem Sciuit
ſciuerit librum ſentētiaꝝ:ꝓbat Albtus vbi libros
ſ̄ ca.cxlviij. Nam materia primi libri redu/ ſniaꝝ
ciꝶ ad materiā de trinitate et de predeſtina/
tione:de potentia et voluntate dei ac gratia
eius:ſed de hac materia plurimū ſciuit bea
ta ꝟgo:q̄ potentiā et bonitatem ac grām dei
in ſummo in ſe experta fuit:et diuinam tri/
nitatē ac ſui p̄deſtinationē excellentiſſime i/
tellexit. Scōs liber eſt de angelis et operibꝫ
ſex dieꝝ ⁊ ſtatu hominis:ſed hec omnia perfe
ctiſſime ſciuit mꝶ dei/ergo ſcōm librum in
ſummo intellexit. Tertius liber eſt de incar
natione verbi:⁊ de ꝟtutibus et p̄ceptis diui
nis. Sed beata ꝟgo hec omnia ſciuit ī ſum
mo/que ꝟbi incarnationem per experientiā
cognouit:et ꝟtutes ac p̄cepta perfectiſſime
intellexit ac in ſe habuit/ergo et tertium li/
brum optime ſciuit. Item in quarto libro

extra videt bonūꝫ: ꝛ eſt de ſe de gn̄e bonoꝝ:
ſed ꝓpt̄ malā volūtatē nō eſt meritoriū. imo
vicioſuꝫ: Puta ſi mlier paupꝑtate cruciaret:
ꝛ tu de tua ſuba ei ꝓuideres. h̄ qdēꝫ eſt de ſe
bonū ꝛ ab extra videt laudabile ꝛ meritoriū
eſt eñ opꝰ miſcdie. Sed ſi tu h̄ faceres ma
la intētiōe: vt.ſ. p hāc elemoſynā eaꝫ trahere
poſſis ad ꝯſentiēdum pctō. vl' vt vanā glīaꝫ
ꝯſeq̄ris ab alijs.totū h̄ opus eſſet ad deme-
ritū. Ecce ḡ q̄ intētio bona requirit vt.ſ.oīa
opa tua facias amore dei ꝛ cū intentōe bona
ꝛ h̄ mō portab candelaꝫ accenſaꝫ in manibꝫ.
Hodie tplici ð candes las defe rimus ¶ Pro maiori etiā declaratiōe pdictoꝝ di-
cere poſſumꝰ q̄ cādelas in purificatione de-
ferimꝰ rōne vginis chri ꝛ nr̄i. In vgine eñ
fuerūt q̄tuor progatiue q̄ p candelā intelli-
gunt. Prima eſt vginitas in carne.q̄ ſignifi
cat p cerā: quā apes generāt ſine corruptiōe
De ipa autē dr̄ Eſa.vij. Ecce vgo ꝯcipiet ꝛc.
Scda eſt puritas in mēte. q̄ ſignificat p ly-
chinū candidū intꝰ in cera occultatū. De ipa
naq̄ꝫ dr̄ pſ.xliij. Ois glīa eiꝰ filie regꝭ ab i-
tus. Tertia eſt ſcrificatio in vtō: q̄ ſignificat
p h̄ q̄ ille cādele ſcrificant ꝛ bn̄dicūt. De ipa
etēn̄ dr̄ pſ.xlv. Scrificauit tabnaculū ſuuꝫ
altiſſimꝰ. Quarta eſt claritas i ꝯuerſatōe.q̄
ſignificat p lumē. De qua dr̄ Sap.iiij. O q̄
pulcra eſt caſta gn̄eratio cū claritate. ¶ Se
cūdo candelā deferimꝰ rōne chri. Cādela eñ
hec ſignificat chrm rōne ꝯpoſitiōis ꝛ ꝯſum-
ptiōis. Quo ad pmū dico q̄ in cādela accen
ſa ſunt tria.ſ.cera.lychinū ꝛ lumē. vt ſ̄.etiā
diximꝰ.ꝛ i chro eſt triplex ſuba.ſ.caro ſine ſe
mine gn̄ata. Vn̄ pſ.inq̄t in pſona chri. Fa-
ctū eſt cor meū ſic cera.ſ.in generatione.ſed
liq̄ſcēs i paſſiōe. Scdo ē ibi lychinꝰ.i.aia cā
dore inocētie decorata.iux̄ illō Sap.vij. Cā
dor eſt luc eterne ꝛc. Tertio ibi eſt lux.i. diui-
tas lumīoſa.iux̄ illō Io.j. Erat lux va ꝛc. Et
ſic ignis vnit cere mediāte lychino.ſic diui-
nitas vnita ē carni mediāte aīa. De his aūt
tribꝫ dr̄ Cañ.v. Dilectꝰ meꝰ cādidꝰ ē.ſ.p can
dorē mūdicie.ꝛ rubicūdꝰ.ſ.p fulgorē diuita
tis.ꝛ electꝰ ex milibꝫ.ſ.ꝓpt̄ icorruptionē car- Chrs ſi-
nis ¶ Scdo chrs ſignificat p cādelā rōe cō gnificat
ſūptōis. Sic ei cādela accēſa ſe totā ꝯſumit p cādelā.
in nr̄m ſuitiū.ſic Chrs totū ſe ꝯſūpſit in no
ſtrū obſequꝫ Nā ꝯſumpſit carnē ſuā p vul-
nerationē ꝛ attritionē. Vn̄ Eſa.liij. dr̄ Ipſe
vulneratꝰ eſt ꝓpt̄ iniq̄tates nr̄as: ꝛ attritꝰ eſt
ꝓpt̄ ſcelera nr̄a. Cūſūpſit etiā ſāguinē ꝑ ꝓtota-
lē effuſionē. Vn̄ angeli admirātes dixert ei
Eſa.lxiij. Quare rubꝝ eſt indumētū tuuꝫ et
veſtimēta tua ſic calcantiū i torcularit. Cō-
ſumpſiſſe q̄ꝫ dr̄ aīaꝫ p triſticiā ꝛ dolorē. Vn̄
Mat.xxvj.ipe ait. Triſtis eſt aia mea vſq̄ꝫ
ad mortē. Itē ꝯſumpſit vitā corpalē p abbre
uiationē. Vnde in pſona eiꝰ dr̄ Eſa.xxxviij.
Precīſa ē velut a texente vita mea. Cōſūpſit
et ſubam tpalē vſq̄ꝫ ad denudationē. Vn̄ de
ſpoliātibꝫ eū i morte ipe ait pſ.xxj. Diuiſert
ſibi veſtimenta mea ꝛc. ¶ Tertio pncipalit̄ Propter
cādelas deferimꝰ rōne nr̄i. Per cādelā eñ ac- nos por-
cenſaꝫ ſignificat q̄ debemꝰ hre vitā ſctām ꝛ tamꝰ can
famā pclarā. Primo autē vitā ſctām faciūt delam
bona opa: fides ꝛ recta intētio ſincera. Opa
tio bona ſignificat p cerā q: ſicut cera medi-
ante rore celeſti gignit. ſic bona opatio a dō
tm̄ habet. iux̄ illō ad Phil'.ij. Deus eſt qui
opat in nob velle ꝛ pficere ꝓ bona volūtate.
Fides aūt intelligit p lumē. Vt eñ candela
ſine lumie nō lucet: ſic noſtra opatio ſine fi-
de deo nō placet. Iuxta illō ad Heb.xj. Si-
ne fide impoſſibile eſt placere deo. Intentio
vero recta ſignat p lychinū qd̄ eſt occultum
ꝛ candiduꝫ ꝛ lumis baiulū. Sic eñ intētio
nr̄a debet eſſe occulta. Vn̄ Grego.in q̄dam
omel'.ait. Sic aūt ſit opus in publico vt tn̄
intentio maneat in occl'to. Debet etiā eſſe cā
dida.i.pura. Iuxta illō Matt.vj. Si ocu-
lus tuus ſimplex fuerit totū corpꝰ tuū luci-
dum erit. debet q̄ꝫ eſſe lumis baiula. q: de-
bet opa nr̄a corā deo pſentare: ꝛ ab eo remu
nerationē expectare. De q̄ Mat.vj.inq̄t ſal
uator.ꝛ pater tuꝰ q̄ vidit in abſcondito red-
det tibi. Scdo p candelā ſignificat fama p-
clara. Cādela eñ accēſa lucet. abſcōdita non
emittit ſplēdorē ꝛ extīcta fetet. Sūt āt q̄daꝫ
feruētes in vita ꝛ lucidi i doctrina.q̄ ſunt ſic
cādela accenſa. ꝛ de ſingl'o coꝝ dici pōt illō
Ioā.vj. Ipſe erat lucerna ardēs ꝛ lucēs añ
dn̄m. Alij vo ſunt ꝯtenti hre bonā vitā tm̄.
ꝛ abſcondūt ſuam doctrinā. ꝛ iſti ſunt ſicut

cādela abſcōdita. facientes cōtra dictū ſalua-
toris q̄ ait Lu. xi. Nemo accendit lucernā ⁊
abſcōdit eā ſub modio ⁊c. Sunt etiā alij q̄
nec ardēt nec lucēt: ſed fetent p̱ mala opa. Et
iſti ſunt ſicut candela extincta q̄ q̄dē nō luc3
ſed fetet. Et de iſtoꝝ fetore dicit Eſa. xxxiiij
c. De cadaueribꝫ eoꝝ aſcēdet fetor. Anie em̄
pctōꝝ ſunt cadauera. q2 ſunt mortue. Iuxta
illō Ezech. xviij. Aīa q̄ peccauerit ipa mo-
rietur. c. ſi habes. xxiiij. q. iij. pctm̄ ei eſt mors
anie. Et de talibꝫ cadaueribꝫ aſcendit fetor p̱
malū exēplū. Nos ꝑo illos nō imitari debe-
mus ſ3 fuare illō qd admōet ſaluator Mat
v. di. Sic luceat lux v̄ra corā hoibꝫ vt vide-
ant v̄ra bona opa ⁊ glificēt pr̄em v̄rm q̄ ī ce
lis eſt. Et tūc poterim⁹ digne intereſſe cāde-
laꝝ pceſſioni in hac ſacratiſſima die. Hec ē
em̄ illa ſolēnitas tantis decorata myſterijs
tātiſq3 honoribꝫ ſublimata. quā oēs pcipua
debēt deuotione celebrare. Vn̄ Aug. in q̄dā
ſmone inq̄t. Celebrem⁹ ḡ diē feſtū nō hūane
deuotiōis ſed diuine dignatiōis. nō infirmi
tatis ſed eternitatꝭ. nō informatiōis ſed re-
formatōis dn̄i nr̄i Jeſu chri. Hec ille. Ad p
ceſſionē q̄3 ꝑplē mi cū pfunda hūilitate ⁊ de
uotiſſima meditatiōe incedere debes: reco-
gitādo dignationē altiſſimi dei. q̄ hodie par
uulus ad tēplum portari voluit. vt nos ma
gnos in celeſti faciat felicitate. Conſiderādo
inſup̱ ꝙ p̱ hāc pceſſionē repn̄tam⁹ tā ſalutife
rū magnūq3 ſacrm̄. Sūma ḡ cū reuerentia
⁊ honeſtate debes aſſociare bn̄dictā dei ma
trē ad tēplū incedentē cum illo ſuo pulcerri-
mo. xl. dieꝝ gigantello in brachijs: atq3 illū
cū ea eterno pr̄i p tot⁹ mūdi ſalute offerre.
Cādelas etiā bn̄dictas magna cū deuotōe ī
domibꝫ ſuis dn̄t ſinguli cuſtodire. Ad audi
endā q̄3 p̄dicationē de tā celeberrima feſtiui-
tate dn̄t oēs cū puritate cordis ⁊ anie mūdi
cia accedere. ibi deuotiſſime p̱manere. Pre
dicatores etiā dn̄t mundi ⁊ puri eſſe ab om̄i
pctōꝝ imūdicia q̄tu3 hūana fragilitas pa-
titur. q̄ puriſſime ⁊ immacl'ate ꝟgis purificatō3
volūt ꝑplis declarare. Videm⁹ ei ꝙ ſi aliq̄s
indign⁹ loq̄t de aliq̄ excellēti ac nobiliſſima
pſona. illi dr̄ ꝙ pus vadat ad lauādū os ſuū
Dēs ḡ q̄ volūt de hac puriſſima ꝟgiē loq̄: p
us dn̄t mēte ⁊ labijs eſſe mūdari. Vn̄ qlibet
pctōr ſentiēs in ſe alicui⁹ pcti imūdiciā deb3
dicere illō Eſa. vj. Vir pollut⁹ labijs ego ſū
in medio ꝑpli polluta labia hn̄tis ego habi-
to. Deinde rogare d3 dn̄m vt mittere digne
tur ſeraphin de celis q̄ tāgens labia iniq̄tatē
auferat ⁊ p̄cordia emūdet. q̄ de tā excellentꝭ
regine purificatōe digne valeat p̄dicare.

¶ Pars ſecunda huius ſmonis que dici-
tur cauſationis.

PRo expeditōe hui⁹ ptis q̄rit q̄ de
cā de⁹ ordinauerit p̄ceptū cerimo-
niale p̄ſentatiōis pueri in tēplo q̄-
dragеſimo die natiuitatꝭ eius. qd
hr̄ Leui. xij. Ad qd rn̄dent expoſitores ibi. ꝙ
h fecit mltiplici ex cauſa. Primo vt p̱ h ītel
ligat: ꝙ ſicut corp⁹ pueri q̄draginta diebꝫ in
matrīo vtero organizat. ⁊ q̄dragеſimo die
aīa corpi infundit ſic in tēplū vt inq̄t Aug.
in li. lxxxiij. q̄ſtionū. ⁊ Alex. de ales in. iij. pte
ſum in tractatu de ſctificatiōe b. ꝟgis. q. vj.
⁊ glo. ordiaria ſup̱ Leui. xij. c. ⁊ de h etiā tra-
ctant legiſte in. l. gall⁹. in pn. ff. de libe. ⁊ poſt
hu. ⁊ canoniſte. v. di. in pn. Ita q̄dragеſimo
die a natiuitate puer ī tēplū materiale dn̄o
debet p̄ſentari. Scd̄o vt ſic aīa poſt q̄dragi-
ta dies corpi infuſa ſtatim p̱ culpā pctō ma-
culat. ſic puer q̄dragеſimo die tēplū ingredi
ens p̱ hoſtias ab ipa macula ampli⁹ expiet.
Tertio ſm Frā. de may. in ſer. pn̄tis ſolēni-
tatꝭ: vt det īrelligi ꝙ ſic in q̄dragita ſūt q̄tu
or ⁊ decē. ita illi q̄ volūt tēplū celeſte igredi.
debēt decē p̄cepta cū fide q̄ttuor euāgelioꝝ
pfecte ſeruare. Quia ꝟo corp⁹ femie organi-
zat in octoginta diebꝫ. ⁊ octogeſima die aīa
corpi infundit ſm p̄dictos doctores Jō ſm
p̄ceptū p̄dictū legꝭ puella debebat pn̄tari in
tēplo octogeſimo die. Sciendū ḡ ꝙ quādo
mlier pepereat maſculū: efficiebat imunda
ſeptē diebꝫ a ꝯſortio hoim ⁊ ab ingreſſu tē-
pli. poſt ſeptē aūt dies efficiebat mūda q̄ ad
ꝯſortiū hoim. ſed quo ad ingreſſum templi
remāebat imunda vſq3 ad q̄dragеſimū diē
in quo p̄ſentabat filiū in templo ⁊ purifica-
bat. Si ꝟo pepiſſet feminā remanebat imū
da: quo ad ꝯuerſationē hominū. ⁊ quo ad in
greſſum templi. xiiij. diebꝫ. poſt q̄s efficieba
tur munda q̄ ad hoim ꝯuerſationē remane-
bat aūt imūda q̄ ad igreſſū tēpli vſq3 ad. lx-
xx. diē in q̄ pn̄tabat filiā in tēplo ⁊ purifica-
bat. Et hec oia habent Leui. xij. Cauſas aūt
q̄re de⁹ voluit tātā eſſe differētiā ī organiza
tiōe corpis femīe ⁊ pueri ⁊ infuſiōe anie eoꝝ
aſſignt doctores vbi ſ. Prima ē: q2 chrs aſſū
ptur⁹ e. at carnē ī ſexu virili. iō vt ipm hono
raret ⁊ ampliorē ſibi grā3 faceret: voluit vt ci
ti⁹ formaret: ⁊ mat citi⁹ mūdaret. Scd̄a vt
q̄m mlier p⁹ peccauit q̄3 vir. ⁊ fuit cā pcti vi
ri. vt in c. Adā de pe. di. vij. Vn̄ Ecci. xxxvij
dr̄ A mlīere initiū factū eſt pcti. ⁊ p̱ illā oēs
morimur. ⁊ p̱ ꝯn̄s deu3 pl⁹ fatigauit q̄ nr̄is
mal' opibꝫ fatigat. iux̄ illō Eſa. xliij. Serui-
re me feciſti ī pctis tuis ⁊ p̄buiſti mihi labo
rē ī iniq̄tatibꝫ tuis. ſic erūnt ei⁹ ab erūnis vi
ri duplicate ſūt exteri⁹ in mūdo. Unde inq̄t
glo. ordinaria ſup̱ Leui. xij. ꝙ tota maledi-
ctio Adā data eſt ſup̱ Euā. Et vltra ei addi-
dit deus. In dolore ⁊ erūna paries ⁊c. Ita

Quare pueri debet offerri in templum .xl. die.

Quare corp⁹ femie tardius organizatur

etiã duplicarent͛ eius erũne in vtero. Tertia cã eſt vt oſtenderet͛ ꝙ ſp̱ mlier debet eſſe ſub iecta viro. Jõ noluit eã de⁹ añ vir̃ formare: nec equaliter: ſed poſt in duplũ.

Pars. III. huius ſermonis que dicit͛ Dubitationis.

Ꝙ ỽgo nõ indige/bat puri ficatiõe

Non imerito h̃ q̃ri põt. Nunqd btã ỽgo idigebat purificari? Et rñr ſm oẽs doctores ſuꝑ euãgelio hodierno. ⁊ b. Tho. i. iij. p. ſũme. q. xxxvij ꝙ nõ. Uñ dico ꝙ nõ indigebat: nec rõne ſui ꝑturiẽtꝫ: nec rõne ꝓlis: nec rõne legꝫ: nec rõe myſterij ſiue ſignificatiõis. Primo nõ indigebat rõne ſui. nihil em̃ purificat͛ niſi imũdũ. ſed ipa tota erat puriſſima: tota ſctiſſima: ⁊ tota mũdiſſima. Siqdẽ ſpũſſctũs ſctificauerat ei⁹ mẽtẽ. iux̃ illõ Lu. j. Spũſſctũs ſuꝑueniet in te. Fili⁹ dei ſctificauerat ei⁹ vẽtrẽ. iõ ei dictũ fuit vbi ſ. ⁊ virt⁹ altiſſimi obũbrabit tibi. Pr̃ ỽo celeſtꝭ ſctificauerat ei⁹ ventrẽ ⁊ mẽtẽ. iux̃ illõ p̃ſ. xlv. Sctificauit tabnaculũ ſuũ altiſſim⁹. Scdo nõ idigebat purificatione rõne ꝓlis. qꝛ i filio nulla fuit ipuritas: ſed oimoda ſctitas. Jn ipo nãqꝫ fuit triplex natura. ſ. diuitas vera: aia lucida: ⁊ caro immaculata. Uñ Sap. vij. dr̃. Cãdor ẽ lucꝭ eterne: q̃ ad aiam lucidã. ⁊ ſpeculũ ſine macl'a: q̃ ad carnẽ imaculatã. ⁊ imago bonitatꝭ dei q̃ ad diuitatẽ verã ſm quã fili⁹ dei ẽ imago dei pris. iuxta illõ Col. j. Qui ẽ imago dei iuiſibilis. Ꝙ etiã nõ idiguerit purificatiõe rõne ꝓlis: patet. Nã vas plenũ flore ameno: ⁊ repletũ balſamo: ac ꝑfuſũ ſolari radio: nullaꝫ ex his imũdiciã ꝯbit: ſꝫ efficit͛ magis purũ et

Lex puri ficatiõis nõ cõprẽ hẽdebat Mariã

magꝭ odorifer̃ ac magꝭ lucidũ. ¶ Tertio ñ indiguit purificatiõe rõne legꝭ. Lex em̃ purificatiõis poſita Leui. xij. ca. tria ſupponebat ſcꝫ fractiõem ỽginitatꝭ. vñ dr̃: mlier. q̃ ſcat ſe- ſuos fractiõeꝫ in ꝯcipiẽdo ⁊ pariẽdo. Supponit ẽt ſeminũ cõmixtionẽ. et iõ dr̃: ſi ſuſcepto ſemie. Tertio ſupponit aſſimilatõeꝫ: vt. ſ. fili⁹ ſit ſilis parẽtib⁹ i natura. Jõ dr̃: peꝑit maſculũ. Jſta aũt tria i ỽgie ñ fuerũt. nã i ea nulla fuit fractio ỽginitatꝭ: ſed ꝑpetua illibatio q̃a fuit ỽgo añ ꝑtũ: i ꝑtu: ⁊ p⁹ ꝑtũ. Jbi ẽt nõ fuit ſeminũ cõmixtio. qꝛ nõ ꝯcepit ex ſeminũ cõmixtiõe: ſꝫ ex myſtica ſpiratõe. ⁊ iõ ad hãc legẽ ñ tenebat͛ in q̃ ipa ñ cõprehẽdebat͛. Qñ em̃ aliq̃ lex dat͛ ſub ꝯditiõe: nõ obligat niſi illos q̃s tãgit illa ꝯditio: vt ait Fran. de may. vbi ſ. Cũ ḡ lex dicat. Mlier ſi ſuſcepto ſeie peꝑit maſculũ imũda erit ⁊c̃. cõcludit͛ ꝙ btã ỽgo q̃ nõ peꝑit ſuſcepto ſemie: nõ fuit imunda. qꝛ obligatio ſub ꝯditiõe ñ ligat añ ipletã ꝯditiõem. l. cedere diẽ. ff. d ỽ. ſig. l. legata. ff. de cõdi. ⁊ demõ. l. j. C. de ꝯdi. iſer. c. de illis. et c. vex. ex̃ de ꝯdi. appo. ⁊ no. i c. nõ ſolũ. xxxij q. viij. Dicit ḡ glo. ſuꝑ Leui. xij. ca. ꝙ Moyſes ſpũ dei cogñſcens ꝙ btã ỽgo debebat cõcipe ⁊ parere filiũ ſine ſemis ſuſceptiõe: ⁊ cõſequẽter nõ fieri imũda myſterialr̃: addidit. Si ſuſcepto ſemie ⁊c̃. q̃ſi diceret. Nemo intelligat hãc obligatiõeꝫ imũdicie ꝯhẽde cõphẽdere matrẽ filij dei: q̃a ipa nõ ꝯcipiet nec pariet filiũ de ſemie ſuſcepto: ſed de ſpũſctõ. et idcirco imaculata ꝑmanebit. De q̃ Ser. i q̃dam ſer. inq̃t. Putas em̃ ꝙ dictur⁹ Moyſes mulierẽ q̃ peꝑiſſet filiũ imũdã eſſe: nõ timuerit ſuꝑ matrẽ dñi blaſphemiã irrogare? Et idcirco ꝓmiſit. Si ſuſcepto ſemie. alioqn ſi non paritura ꝓuidiſſꝫ ſine ſemine ỽginis: q̃ neceſſitas erat de ſuſcepto ſemiſe facere mẽtionẽ? Patet ḡ ꝙ lex illa matrẽ dñi nõ includit q̃ nõ ſuſcepto ſemine filiũ peꝑit. Hec ille. Uñ inq̃t Frã. de may. in ſer. occurrentꝭ ſolẽnitatis. Jn inſtitutiõe hui⁹ ſacri clare ꝓphetauit Moyſes ꝙ ỽgo erat paritura ſine virili ſemie. Et ſic iſti⁹ ſacri inſtitutio iſert virginis partũ: cum dr̃. Si ſuſcepto ſemine peperit maſculũ ⁊c̃. Nam qñ q̃s in aliq̃ lege vl' pacto aut ꝓmiſſiõe vel iuramẽto apponit cõditionẽ: ꝑ h̃ dat intelligere ꝙ caſus ille qñqꝫ eueniet vel ſaltem euenire poſſet ſine tali cõditiõe. Alioqn illa cõditio fruſtra ⁊ inuanũ eſſet apposita. Exemplũ de lege habem⁹ Exo. xx. vbi de⁹ dedit legẽ. Siq̃s occiderit ꝓximũ ſuũ cum hac conditione ꝙ hoc fecit ꝑ induſtriã: ab altari inq̃t meo euelles eũ. Jſta aũt ꝯditio apposita dat itelligere ꝙ ſi aliq̃s erat occiſurus ⁊ nõ ꝑ induſtriam: et ille non erat euellendus ſic ab altari: vt ibi patet. Exẽplũ de pacto habem⁹. ij. Reg. iij. vbi Dauid fecit pactũ cũ Abner ꝓncipe militie ꝑꝑli iſrael cũ hac ꝯditiõe ꝙ redderet ei vxorẽ ſuã Michol. Ex q̃ dedit intelligere ꝙ aliter poterat euenire factũ pacꝭ. et ideo dixit. Nõ videbis aliter faciẽ meã. Exẽplũ ꝓmiſſiõis hẽm⁹ Joſue. xv. vbi Caleph ꝓmiſit dare filiã ſuã vxorem cũ hac ꝯditiõe. ſ. ſiq̃s caperet ciuitatẽ quã expugñbat. qꝛ notũ erat ꝙ poterat dare ſine tali conditione. et ideo appoſuit cõditiõeꝫ. Exẽplũ iuramẽti habem⁹ p̃ſ. cxxxj. vbi dr̃ ꝙ de⁹ iurauit Dauid dare regnũ ſempiẽnuꝫ filijs ſuis: ſi cuſtodierint legẽ ſuã: dans itelligere ꝙ aliter eſſet ſi cõditio nõ eueniſſet. De⁹ ḡ q̃ dixit ꝑ Moyſen. Mlier ſi ſuſcepto ſeie peperit maſculũ ⁊c̃. dedit intelligere ꝙ qñqꝫ mulier eſſet paritura maſculũ ſemie ñ ſuſcepto. aliter fruſtra addidiſſet: ſi ſuſcepto ſemie. cũ via naturali alit͛ parere ñ poſſꝫ. Sic hõ ñ pt̃ videre ſine ocul' aptꝭ: nec ambulare ſine motiõe pedũ. Hec ille. Nos aũt dicere poſſum⁹ ex mẽte ipſi⁹ doctoris ꝙ hec locutio diuia de mliere pariẽte ꝯtinet duo. ſ. vnũ affirmatiuũ ex ỽbis: cũ dr̃. Mlier ſi ſuſcepto ſeie peperit maſculũ immũda erit. Alit͛ ỽo negati

nū ꝟtualr ꝯtinet.ſ.mlier ſi ñ ſuſcepto ſemie
pepit maſculū:nō erit imūda. Quo ꝑſuppo/
ſito dico:ꝙ ſi ꝑdicta locutio negatiua q̄ i af/
firmatiua ꝟtualr icludit nō fuiſſet ꝟificabi/
lis:dei ꝟbū q̄d ꝑ moyſen dixit fuiſſꝫ ridiclo/
ſum.ſic ridiclosa eēt ꝓmiſſio ſiq̄s ꝑnceps di
ceret ſubdit̄ ſuis.ſiq̄s ambulauerit ſine pe/
dib⁹ vl locut⁹ fuerit ſine lingua:vel viderit
ſine ocul':dabo ſibi cētū. Et iō vt ſac̄ di ſcptu
ra ñ dicat̄ ridiculoſa poſuiſſe:Zōcludēdū eſt
Moyſen diuio ſpū illūinatū de ꝯceptione ꝛ
ꝑturitiōe puriſſime ꝟgis i ꝑdict̄ ꝟbis ꝓphe/
taſſe.q̄ ſine virili ſemie ꝯcipiēs/ imūda fieri
ñ debebat. Et iō venerabil' Beō ſup Lu.ait
Si legꝫ ipi⁹ ꝟba diligēti⁹ iſpexerꝫ:ꝑfecto re/
pies ꝙ ipa dei genitrix ſic a cōmixtiōe virili:
ſic a legali iure ſit imūis Nō eī ois mlier pa
riēs:ſed ea q̄ ſuſcepto ſemie peperit deſignat̄
imūda:ritu q̄ꝫ legꝫ docet̄ eē mūdāda ad diſti
ctionē.ſ.illi⁹ q̄ ꝟgo ꝯcepit ꝛ pepit. Hec ille.
Lir⁹ etiā expoſitoꝛ vbi ſ̄.ait. Reuera nō icū
bebat neceſſitas ꝟgi ſacre vt diei purgatōis
ei⁹ expectaret̄:q̄ cū ex ſpūſctō ꝯcepiſſꝫ caruit
ꝯiugio. Tertio nō fuit i filio ꝟgis tm̄ aſſimi
latio nature hūane:ſed fuit ēt ibi ſublimitas
nature diuie. Uirgo eī pepit filiū ꝛ ſibi ſil'eꝫ
q̄ntū ad nām hūanā: ꝛ ſibi diſſil'eꝫ q̄ntū ad
naturā diuinā.et iō obligatio legal' i ea locū
hēe nō potuit. Quarto nō indiguit purifica/
tione rōne myſterij ſiue ſignificatōis. Lex ei
ꝑcepit vt puer die.xl.ꝛ puella die.lxxx.ratōe
aſſignata i ꝑte ꝑcedēti in tēplo pn̄taret̄.ſ. qꝛ
vſq̄ꝫ ad illō tp̄s organizat̄ corp⁹ ꝛ ifūdit̄ aīa.
Sed iſtō myſteriū ſiue ſignificatio ñ habu/
it locū i chrō.qꝛ i eodē iſtāti ꝯceptōis ſuit fu/
it plene organizatū corp⁹ eius:ꝛ aīa eidē coꝛ
poꝛi ifuſa:ꝛ vtrūq̄ꝫ.ſ. aīa ꝛ corp⁹ diuinitati
vnitū fuit.ꝛ ſtatim ꝑfect⁹ deus ꝛ ꝑfect⁹ hō fu
it: ſm oēs doctoꝛes catholicos:maxie Aug.
in li.de fide ad Petꝝ.ꝛ Greg.ſup cantica.ꝛ
Alexā.de ales in.iij.ꝑte ſūme.in tractatu de
ſctificatione ꝟginis. et Nicolaū ō Ly.ſuper
Hiere.ꝛ Fran.de mayro.ſup Lu.ꝛ Rich.ō
media villa in.iij.ſniaꝝ.di.ij.ar.ij.q.iiij. Er/
go nulla īdiguit purificatiōe ipa imaculata
mr̄ ei⁹ Maria.

Pars.IIII.huius ſermonis que dicitur
purificationis.

Quare voluit purificari.

Porte aliq̄s dicet Lū vt ſ̄.ꝓbatum
eſt btiſſima ꝟgo nō idiguerit puri
ficatiōe:nec fili⁹ eius pn̄tatiōe. Qre
voluit iſtā cerimoniā purificatōis
et pn̄tatiōis obſeruare: Ad q̄d rn̄dēt docto/
res ꝑdicti:maxie btūs Tho.ꝛ Frā.de mayr.
vbi ſ̄.ꝙ h̄ rōnabil'r fecit. Nos aūt dicere poſ
ſumus ꝙ q̄ndecim de cauſis h̄ egit. Primo
rōne hūilitatꝫ. Decebat em̄ vt ꝟgo q̄ ꝓpt hūi
litatē ſuā electa fuerat mr̄ dei ſubderet ſe le/
gis cerimonijs.nec ꝑ alijs ſe oñderet ſingu/
larē:q̄d fuiſſet ſignū ſupbie.ſed cū ceterꝫ mu
lierib⁹ ſe hūilit̄ ꝯformādo.filiū ſuū imitaret̄
De q̄ Bern.ait. Qui ſine pctō eſt ñ dedigna
tur pctōꝛ reputari. Uñ idem Ber.in ſermōe
purificatōis inq̄t. Putas nō poterat anim⁹
ꝟginis cōmoueri ac dicere: Quid mihi op⁹
eſt purificatiōe: Lur abſtineā ab ingreſſu tē
pli:cui⁹ vterus neſciēs viꝝ fact⁹ eſt tēplū ſpi/
ritusſcti: Lur nō ingrediar tēplū q̄ pepi tem
pli dn̄m: Nihil i h̄ ꝯceptu:nihil i partu ipu/
rū fuit.nihil illicitū.nihil purgandū.nimiꝝ
cum ꝓles mea iſtā purgatōem venerit face/
re delictoꝝ. Uere o btā ꝟgo nō habes cām:
nec tibi op⁹ eſt purificatiōe. Sed nunq̄d fi
lio tuo op⁹ erat circūciſiōe: Eſto int̄ mlieres
tanq̄ꝫ vna illaꝝ. Nā ꝛ fili⁹ tu⁹ ſic eſt i medio
pueroꝝ. Hec em̄ hūilitas ñ ſolū ex ꝑte mr̄is
fuit:ſed etiā ex ꝑte filij q̄ ſil'r legi ſe ſubijcere
voluit. In ntitate em̄ habuit ſe vt paup hō.
in circūciſiōe vt paup ꝛ pctōꝛ ꝛ hō.ſed hodie
vt paup:pctōꝛ ꝛ ſeru⁹. Paupeꝫ etem̄ ſe oſtē
dit in eo ꝙ paupeꝝ oblatiōem elegit. pctōꝛeꝫ
in eo ꝙ ipe cū mr̄e voluit expiari. ſeruū ꝟo i
eo ꝙ baptizari voluit:ñ ꝓpt culpā purgādā:
ſꝫ ꝓpt ei⁹ maximā vtilitatē oñdēdā. Hec ille
Sic aūt mr̄ dei dedit nob̄ exēplū hūilitatꝫ ꝛ
cōitatꝫ dū voluit alijs mlierib⁹ eē cōis:ita ēt
dedit exēplū pauptatis. vbiq̄ꝫ em̄ regia celi
pauptatē ſuauit: vt patꝫ i ſuo ꝯiugio: qꝛ nō
fuit deſpōſata ipatoꝛi:ſed paupi fabꝛo. Itē i
ſuo puerpio:in q̄ ñ habuit reꝝ abūdātiā ſed
magnā penuriā.in ſuo q̄ꝫ nutrimēto:qꝛ ſic dt
Hiero.colo ꝛ acu victū adq̄rebat:vñ ſe ꝛ ſal
uatoꝛē mūdi nutriebat. In ſuo ēt offertoꝛio
hodierna die pauptatꝫ exēplū dedit. qꝛ obla
tiōem hūiliū ac viliū ꝑſonaꝝ atq̄ꝫ pauperū
obtulit. ¶ Scđo h̄ egit rōne approbatiōis: Ut appro-
vt.ſ.approbaret legē veṫis teſti h̄ ꝑcipientē a probaret
deo eē datā.ꝯ hereticos q̄ dixerūt eā datā fu/ legem.
iſſe a diabolo. Et hāc rōnē tāgēs Orig.in q̄/
dā homi.inq̄t. Ubi ſūt q̄ deū legꝫ negāt a chro
fuiſſe i euāg.ꝑdicatū:an putādū ē ꝙ filiū ſu
um bon⁹ de⁹ ſub lege inimici fec̄ quā ipe nō
dederat. In lege eī moyſi ſcptū ē q̄d ſeq̄t. Oē
oē maſculinū adapiēs vuluā ſcm̄ dn̄o voca
bit̄. Hec ille. ¶ Tertia rō dr̄ obſuatōis. Lꝫ Ut legē
eī ꝑnceps ſit ſolut⁹ ſuis legib⁹.l.ꝑnceps.ff.ō ſeruaret.
legi.tn̄ decet eū legib⁹ viuere.l.dig̃ vox.L.c.
ti.l.ex ꝑfecto.L.ō teſti.ij.q.vij.c.nos ſi icōpe
tent̄.et c.ꝯfidim⁹.et c.iō.S.his ita rn̄det̄.xxv
q.j.et c.iuſtū ē.ix.di.et c.cū oēs.de ꝯſti.et.ff.
q.j.et c.iuſtū ē.ix.di.et c.cū oēs.de ꝯſti.et.ff.
q̄d q̄ſq̄ꝫ iu.ꝑ totū.maxime i.l.j.vbi dr̄. Quis
aſpnabit̄ idē ius ſibi dici q̄d ipſe alijs dixit
vl' fec̄:q̄d q̄s i alti⁹ ꝑſonā equū eē credidit:id
in ſua q̄ꝫ ꝑſona valere patiat̄. Ideo chr̄s vo/
luit ſuare legeꝫ quā ipſe dederat:lꝫ ad eā nō
teneret̄ ꝑ naturā ſuaꝫ.nec mr̄ ei⁹ ꝑ ſui grām

q̄ auguſta ex gr̄a ĩpatoris gaudet ꝑuilegijs
ei⁹.ð.l.ꝑnceps. Feie eñ corruſcāt radijs ma/
ritoꝝ.§.ſi ꝓo.⁊ al's allegat.§.hec itaq̃ȝ.ĩ au/
ten.ð ꝯſu.⁊.l.feie.ff.ð ſena. Et hāc rõnē ꝓba
mus dicto eiuſdē ſaluatoꝛ̄ nr̄i q̄ inq̄t Mat.
v. Nõ veĩ ſoluere legē ſȝ adiplere. ¶ Quar/ (Ut ꝓphe ne imple rentur)
ta rõ ð̄ꝛ v̄ificatõis:vt.ſ.v̄ificarent ea q̄ ꝑdi/
xerāt ꝓphe ð ꝑn̄tatõe chr̄i ĩ tēplo:marie Ag/
gei.ij.vbi inq̄t de⁹. Adhuc vnū modicū eſt ⁊
ego mouebo celū ⁊ tr̄ā:⁊ veniet deſideratus
cũctiſ gētib⁹.⁊ iplebo domū iſtā gl'ia.ſ.tēplū
Salomõis. Itē Dan̄.vij.inq̄t ꝓpha. Aſpici/
ebā ego ĩ viſiõe noctiſ:et ecce ĩ nubib⁹ celi q̄ſi
fili⁹ hois veniebat:⁊ vſq̃ȝ ad antiquū dierū
ꝑuenit.⁊ in ꝯſpectu ei⁹ obtulerūt eū. Ps.q̃ȝ
ꝑſ.x.cecinit dicēs. Dñs ĩ tēplo ſcrõ ſuo.ſ.ve/
niet. Et Malach.iij.ꝑdictū fuerat. Statiȝ
veniet ad tēplū ſcm̄ ſuū dn̄ator quē vos q̄ri
tis:⁊ angel⁹ teſtamti quē vos vultiſ. ¶ Qui (Ut excu ſationes tolleret)
ta rõ ð̄ꝛ excuſatiõis.ſ.ne tp̄e ſue ꝑdicatõis iu
dei ſe excuſare poſſent:⁊ dicere chr̄o. Doctri
nā tuā nolũ⁹ accipe:q̄ꝛ diſſil'is es ꝑrib⁹ nr̄is:
⁊ legiſ traditiões nõ obſeruas. Ut ḡ eis oēs
cās dubitādi ⁊ reſiſtēdi auferret:voluit legiſ
cerimonias obſeruare. Et hāc rõnē tangit b.
Tho.i.iij.pte ſũme.q.xxxvij. ¶ Sexta rõ ð̄ꝛ (R)
liberatõis. Ut eñ ð̄i fili⁹ nos libaret a iugo (Ut figu ra ceſſa/ ret)
ꝑceptoꝝ cerimonialiū legiſ antiq̄:voluit ipe
eā cū mr̄e ſua ꝑfecte adiplere. Et hāc rõnem
tāgēs venerabil' Beda ĩ ſer.feſtiuitatiſ hodi/
erne inq̄t. Ut nos a legiſ vinclo ſolueremur:
ſic chr̄s ita ⁊ b. Maria legi ē ſpõte ſubiecta
Intātū aūt ē lex purificatiõis ablata ꝙ mu
lier ſi vult ꝑt eadē hora q̄ filiū pepit intrare
tēplū ð̄i vt ei gr̄as referat.c.ſi mlier.de ꝯſe.
diſt.v.et c.j.de purifi.p⁹ ptū. Hoc etiā ē illð
q̄d inq̄t Paul⁹ Gal.iiij.dicēs. Miſit de⁹ fi
liū ſuū natū ex mliere factū ſub lege:vt eos
q̄ ſub lege erāt redimeret. Btūs ꝟo Tho.in
iij.pte ſũ.q.xxxvij.ar.iij.addit ð̄i. Et vt iuſti
ficatio legiſ ĩ ſuis mēbris ſpũalr̄ ipleret. Nā
ꝓpt hoc ipm voluit hoſtias legales ꝑ ſe offer
ri q̄ erat ꝟa hoſtia:vt figura ꝟitati ꝯiūgeret:
et ꝑ ꝟitatē figura approbaret. Hec ille. Ut ḡ
lex purificatõis ⁊ ꝑn̄tatiõis termiaret:volu
it ipe ad eā venire. Nā ſic̄ expiencia videm⁹
adueniēte luce ceſſant tenebre:⁊ adueniente
ſplēdore ſolis recedit vmbra. Et ita adueni/
ente purificatiõe ꝟa q̄ ē chr̄s:ceſſauit typica.
id ē figuratiua purificatio. Sic̄ eñ ĩ circūci
ſione chr̄i euacuata ē lex circūciſiõis:⁊ muta
ta fuit circūciſio ĩ baptiſmū:ſic nūc ĩ purifi/
catiõe inocētiſſimi chr̄i ⁊ puriſſime mr̄is ei⁹
euacuata fuit illa purificatio antiq̄. Un̄ Au
guſt.ĩ q̄dā ſer.ait. Dñs q̄dē ſuſcepit circūciſi
onē ablatur⁹ ipam circūciſionē.ſuſcepit vm
brā datur⁹ lucē.ſuſcepit figurā:ipletur⁹ veri
tatē. Ipe eñ nob leges dedit. Hec ille. Chr̄s
nāq̃ȝ nob verā purificatõem attulit.ſ.fidem
Iuxͣ illð Act.xv. Fide purificās corda eoꝝ.
Ut ḡ chr̄s ille veri purificatõi finē iponeret
et hāc nouā ac nobilioꝛē.ſ.fidē induceret:vo
luit purificari. Hinc ē ꝙ ꝑn̄tes de cetero nõ te/
nent ad ſolutiõem illaꝝ antiq̄ꝝ ſolutionū ꝑ
filijs.nec mr̄es ad purificatõem vl' tēpli in/
greſſiõem.nec filij ad illā redēptiõem:de q̄ ĩ
ſeq̄nti ſmõe dicet.q̄ꝛ chr̄s oīa abſtulit. Und̄
merito honorād⁹ ⁊ gl'ificād⁹ ē. Hinc Aug.ĩ
q̄dā ſmone ait Quis igit̄ fr̄es chariſſimi nõ
adoret ꝑmū ⁊ nouiſſimū:initiū ⁊ finē: Quiſ
inq̄ȝ nõ adoret eū ꝑ quē aſpirauit dies ⁊ fu/
gate ſunt vmbre: Nat⁹ eñ eſt ipatoꝛ vt ab/
ſolueret pctõꝛ. Dñs nāq̃ȝ Ieſus tribuit nob
magnā ſpem ꝑ carnē quā ſuſcepit:magnaȝ
gr̄am:magnā ꝯſolatiõem. Hec ille. ¶ Se/ (A)
ptima rõ ð̄ꝛ occultatiõnis.ſ.diaboli. Nā ſic̄ (Ut dia/ bolo my/ ſteriū ce/ laret)
inq̄t Aug.iij de tri. Diabol⁹ multa ꝑt ꝟtute
ſue nature:a q̄b⁹ tn̄ ꝓhibet diuīa ꝟtute. Un̄
ꝟtute ſue nature poterat diabolus cog̃ſcere
matrē dei n̄ fuiſſe corruptā:ſed ꝟginē remā/
ſiſſe.ꝓhibit⁹ tn̄ ē a deo cog̃ſcere modū pt⁹ di
uini. Nā in ĩfantia chr̄i optebat ĩpediri ma/
liciā diaboli ne eū acri⁹ ꝑſeq̄ret q̄n chr̄s nec
pati diſpoſuerat nec ꝟtuteȝ ſuā oñdere vole/
bat:ſȝ oib⁹ alijs ĩfātib⁹ ſe ſil'eȝ exhibere. Un̄
Leo papa ĩ ſer.ephie ait:ꝙ magi iuenert Ie
ſū q̄ntitate ꝑuū:aliene opis ĩdigētē:fādi ipo
tētē:⁊ nulla ab hūane ĩfātie gnalitate diſcre
tū. Cū ḡ btā ꝟgo veit hodierna die ĩ tēplū vt
purificaret:occl'tatū fuit diabolo ꝙ ipſa eēt
mr̄ dei. ¶ Octaua rõ ð̄ꝛ abiectõis:ne.ſ.chr̄s (Ne a iu/ deis abij ceret)
ab ĩfidelib⁹ abijceret tāq̃ȝ illegitie nat⁹. Un̄
Amb.ſup Lu.ð̄i. Quid iudeis:q̄d Herodi
poſſet aſcribi:ſi natū ex adultio videret ꝑſe/
q̄. Nā ð natiſ ex adultio ð̄ꝛ in c.ſi gēs.lvj.ð̄i.
de tali cõmixtiõe meretricū. Exiſtimādū eſt
degeneres ꝓl'os ⁊ ĩg̃biles ⁊ furētes libidine
foꝛe ꝑcreādos:⁊ ad extremū vniuerſam ple
bē ad deterioꝛa ⁊ ĩg̃bilioꝛa ꝟgētē:⁊ nouiſſime
nec bello ſectari foꝛtē:nec ſtabilē:nec hono/
rabilē hoib⁹:nec deo amabilē eē ꝟturā. hec
ibi. Propt̄ea b. ꝟgo hodie offert filiū ſuū in
tēplo:vt approbet ex lege ꝙ n̄ ē nat⁹ ex forni/
catiõe. ¶ Nona rõ ð̄ꝛ defenſiõis:vt.ſ.defēde (M)
ret b. ꝟgo ne occideret. Naȝ ex pte mr̄is ſue (Ne vt a/ dulta oc cideret.)
erat de ſtirpe Aarõ:vt dictū ē in.ij.pte.ꝑnci
pali h⁹ opis.ſ.j.ꝑ.ij. Uirgo āt ð ſtirpe ſacer/
dotali ꝓpt ſtupꝛū occidebat.ſic̄ ſcptū ē Leui.
xxj. Sil'r ſm legē lapidabat nõ ſolū illa q̄ iā
erat deſpõſata vl' nupta:ſed etiā illa q̄ in do
mo ꝑr̄is cuſtodiebat:vt ꝟgo q̄nq̃ȝ nuptura.
Di eñ Deut.xxij. Si nõ eſt ĩ puella iuenta
ꝟginitas:lapidib⁹ obruēt eā viri ciuitatiſ ill⁹
⁊ moꝛiet:q̄m nefas fecit ĩ iſrl' vt fornicaret ĩ
domo ꝑr̄is ſui. Btā igit ꝟgo Maria hodie
venit in templū vt ſe reddat immunē ab hac

N pēa.ne.ſ.a iudeis tāq̄ʒ adultʾa occideretᷣ. De
Ut here/ cima rō ꝺ: deteſtatiōis. deteſtādꝰ em̄ erat er
tici ꝯfu/ roꝛ hereticoꝝ q̄ male ꝺ hūanitate chꝛī ſenſe/
tarētur rūt: maxie Heluidij q̄ dicere ꝑſūpſit matreʒ
chꝛī a ioſeph pꝰ ꝑtū fuiſſe carnalʾr cognitam
Ꝭ ei derogat dignitati ꝛ ſctitati mřis dei q̄ i/
gratiſſima videretᷣ ſi tāto filio ꝯtēta n̄ eēt. ꝛ ſi
ꝟgitatē q̄ i ea miraclʾoſe ꝯſuata fuerat ſpōte
ꝑdere voluiſſet ꝑ carnis ꝯcubitū. Deteſtādꝰ
etiā fuit erroꝛ Maichei q̄ dixit chꝛm̄ n̄ veꝝ
ſʒ phātaſticū coꝛpꝰ habuiſſe. Ꝭ ei derogat di/
gnitati ꝑſone aſſumētꝭ: q̄ cū ſit ꝟitas: nō de/
cuit vt i opꝛ eiꝰ aliq̄ fictio eēt. Reprobādꝰ ēt
fuit erroꝛ Ualētini q̄ ꝺt chꝛm̄ attuliſſe coꝛpꝰ
celeſte. q: ſic n̄ ſaluaretᷣ ꝟitas hūane nature i
chꝛō. Refutantᷣ āt hi erroꝛes ꝑ Ꝭ ꝙ b. ꝟgo fu
it ꝟa mř chꝛī. vt hꝫ Mat. j. Un̄ i caplʾis Ci/
rilli approbatꝭ i ephesina ſynodo ꝺ: ꝙ ſiq̄s n̄
ꝯfitetᷣ b. ꝟginē genuiſſe ſm carnē veꝝ deum
anathēa ſit. et Ro. ix. inq̄t aplʾs: ꝙ ex iudeis ē
ſm carnē chꝛs q̄ ē ſup oia deꝰ bn̄dictꝰ i ſeclʾa.
Nō ē aūt ex iudeis niſi mediāte b. ꝟgie. Jō
hodie ipa p̄ntat ipm̄ i tēplo tāq̄ʒ eiꝰ ꝟa ꝛ na/
turalʾ ac dig̃ ꝛ imaclʾata mř: deteſtās ſup̄di/
Ut tem/ ctas erroneas opiones hereticoꝝ. ¶ Unde/
pluʒ ſan/ cima rō ꝺ: ſctificatōis. ſ. tēpli. Un̄ Aggei. ij
ctificaret pꝰ ꝓphiaʒ ſup̄ſcꝑtā ꝺ aduētu chꝛī i tēplū: ſub
ditᷣ. Et mag̃ erit gl̄ia domꝰ iſtiꝰ nouiſſime plꝰ
q̄ꝫ pme. et. j. Ex die iſta bn̄dicā ꝛc. Malach.
q̄ʒ. iij. pꝰ ſup̄ ſcꝑtā ꝓphiaʒ ſubditᷣ. Jpe ei q̄ſi
ignis ꝯflās ꝛ q̄ſi herba fullonū. ꝛ ſedebit cō/
flās ꝛ emūdās argētū: ꝛ purgabit filios leui
Sic̄ g̃ vt ſctificaret baptiſmū Joā. vēit ad
baptiſmū: vt inq̄t Hiero. Aug. ꝛ Chꝛyſ. ſup
Mat. ita vt ſctificaret tēplū/voluit i eo p̄ſen
tari. Un̄ Gre. niſſenꝰ ſup Lu. ait. Qui terre/
ne ꝯtagia coꝛruptele nō ſenſit: nō indigebat
in tēplo ſctificari ꝑ quē ſctiſſctōꝝ ipm̄ erat
D tēplū ſctificādū. ¶ Duodecima rō ꝺ: ſignifi
Propter catōis. ſ. ꝓpᷤ myſticā ſignificatōeʒ. Nā Leui.
myſticaʒ xij. c. p̄cipitᷣ: vt illi q̄ poſſent offerrēt agnum
ſignifica ſilʾ ꝛ turturē ſiue colūbā ꝓ filio vlʾ filia. q̄ ꝟo
tionem n̄ ſufficerēt ad offerēdū agnū/offerrēt duos
turtures aut duos pullos colūbe. Chꝛs g̃ q̄
cū diues eēt; ꝓpᷤ nos egenꝰ factꝰ ē: vt illiꝰ ino
pia diuites eēmꝰ. vt ꝺ. ij. Coꝝ. viij. ꝓ ſe pau
peꝝ hoſtiā offerre voluit. ſic̄ ꝛ i ipſa natitate
pānis iuolutᷣ ꝛ reclinatᷣ in p̄ſepio. Uoluit āt
de iſtꝭ aialibꝫ ꝓ ſe oblatiōem offerri ꝓpᷤ eoꝝ
ſignificatōem. Turtur em̄ q: ē auis loq̄x: p̄/
dicatōem ꝛ ꝯfeſſiōeʒ fidei ſcat. q̄a ꝟo ē anial
caſtū: ſignificat caſtitatē. et q̄a eſt ſolitariuʒ
aial: ſignificat ꝯtēplatiōeʒ. Colūba ꝟo ē ani
mal manſuetū ꝛ ſimplex: vn̄ ſcat māſuetudi
nē ꝛ ſimplicitatē. Quia aūt ē anial gregale:
ſignificat vitā actiuā. Omōi ꝟo hoſtia ſigni
ficabat ꝑfectiōeʒ chꝛī ꝛ mēbꝛoꝝ eiꝰ. Utrūq̄ʒ
aūt iſtoꝝ aialiū ꝓpter ꝯſuetudinē gemēdi

p̄ſentes ſanctoꝝ luctꝰ deſignat. Sed turtur
que eſt ſolitaria: ſignificat oꝛationū lachꝛy/
mas. Colūba ꝟo q̄ eſt gregalis ſignificat pu
blicas oꝛatiōes ecclʾie. Utrūq̄ʒ aūt anial du
plicatū offertᷣ: vt ſctitas ſit nō ſolū in aīa ſed
etiā in coꝛpe. Et hec oia ꝓbantᷣ ꝑ dicta ſacro/
rū expoſitoꝝ p̄ntꝭ euāgelij ſilʾ illa ꝯiūgendo
Dicit em̄ Beda i hom. Hoſtia aūt hec pau
peꝝ erat. p̄cepit q̄ꝓpe dn̄s i lege vt q̄ poſſent
agnū ꝓ filio aut filia ſimlʾ ꝛ turturē ſiue co/
lūbā offerrēt. q̄ ꝟo nō ſufficiebāt ad offeren/
dū agnū: duos turtures vel duos columbe
pullos offerrēt. g̃ dn̄s cū diues eſſet: pauꝑ fi
eri dignatꝰ ē: vt nos ſua pauꝑtate diuitiarū
ſuaꝝ donaret eē ꝑticipes. Cirillꝰ ꝟo ait. Ui/
dendū eſt aūt q̄d hec oblata inſinuāt. nimi/
rū loq̄ciſſima ē turtur i auibꝫ. at colūba eſt
aial māſuetū. Talʾ āt factꝰ ē erga nos ſalua/
toꝛ/māſuetudinē ꝑfecte colēs: ꝛ vt turtur oꝛ/
bē allexit: replēs oꝛtū ſuum ꝓpꝛijs melodijs.
Occidebatᷣ g̃ turtur ꝛ colūba: vt ipe ꝑ figu/
ras nob̄ pādatᷣ paſſurꝰ in carne ꝓ vita mūdi
Hec ille. Et Beda vbi ſ. ꝺt. Ulʾ colūba ſim
plicitatē: turtur indicat caſtitatē. q: ꝛ colū/
ba ſimplicitatꝭ: ꝛ caſtitatꝭ amatoꝛ eſt turtur.
ita vt ſi ꝯiugē caſu ꝑdiderit: nō vltra aliam
q̄rere curet. Merito g̃ turtur ꝛ colūba dn̄o
offeruntᷣ in hoſtiā. q: ſimplex ꝛ pudica fide/
liū ꝯuerſatio ē illi iuſticie ſacrificiū gratuʒ.
Athanaſiꝰ āt addit. Jō ꝟo bina iuſſit offerri
q: hoīe ꝯſiſtēte ex aīa ꝛ coꝛpe duplū a nob̄ po
ſcit deꝰ: caſtitatē. ſ. ꝛ māſuetudinē nō ſolum
coꝛꝑis ſʒ ēt aīe. alioq̄n erit hō fictoꝛ ꝛ hypocri
ta: gerēs in tegumētū occulte malicie inocē/
tiā apparētē. Beda ꝟo vbi ſ. etiaʒ ꝺt. Cū aūt
vtraq̄ʒ auis ꝓpᷤ ꝯſuetudinē gemendi p̄ſētes
ſctōꝝ luctꝰ ꝺſignetᷣ: i Ꝭ tn̄ differt ꝙ turtur ſo/
liuagꝰ. colūba āt gregatim volare ꝯſueuit. ꝛ
ob id iſte ſecretas oꝛōnū lachꝛymas: illa pu
blicos ecclʾie ꝯuētꝰ iſinuat. Ulʾ colūba q̄ gre
gatim volat: actiue vite freq̄ntiā ꝺmōſtrat.
turtur ꝟo q̄ ſinglʾaritate gaudet: ſpeclʾatiue
vite culmia denūciat. Et q: eq̄ vtraq̄ʒ condi
toꝛi accepta eſt hoſtia: ꝯſulte Lu. veꝝ turtu/
res an pulli colūbaꝝ ꝓ dn̄o ſint oblati nō di
xit: ne vnū alti viuēdi oꝛdinē p̄ferret: ſʒ vtrū
q̄ʒ ſeq̄ndū doceret. hec ille. ¶ Per oblatiōes
g̃ q̄ fiebāt i tēplo i purificatiōe: ſcatᷣ oblatio
quā facere dn̄t q̄ volūt intrare tēplum celeſte.
Ut ei ſepe ſup̄dictū ē oēs debānt offerre aut
agnū: aut duos turtures: aut duos pullos
colūbaꝝ. Btā aūt ꝟgo n̄ obtulit agnū: vlʾ q:
paupcula erat: vlʾ q: veꝝ illū agnū ꝺi offere/
bat q̄ abſtulit pctā mūdi: vt ꝺ: Jo. j. Jlli g̃ of
ferētes agnū igrediuntᷣ tēplū celeſte q̄ ꝺo of
ferūt inocētiā: iux̄ illō pſ. Ego āt in innocētia
mea igreſſus ſū: redime me ꝛ miſerere mei.
Et iſti dicuntur diuites: vt ait Hugo car

P Moralizatio oblationū

dínalis sup Lu. q2 redēptio aīe viri diuitie
ꝓprie: Prouer. xiij. Illi ṽo offerētes turturē
intrāt celeste tēplū: q̄ vitā sequūt ꝯtēplatiuā.
Colūbā offerūt — Sed illi offerūt colūbā z igrediunt tēplum
padisi q̄ duote vitā ducūt actiuā. Utraqз āt
auis bina ponit: q2 z vtraqз habet gemitū p
cātu. Et vita ꝯtēplatiua dз hr̄e duplicē ocu
lū. vnū ad ꝯtēplandū z desiderādū celestia:
et aliū ad vidēdū z despiciēdū terrena. z siłr
vita actiua dз hr̄e duplicē actū animi. s. vnū
erga se ad sui gubnatiōeз. z aliū erga ꝓximū
ad illi9 edificatiōem. Utraqз etiā vita dз hr̄e
duplicē gemitū s̄m Greg. Nā ꝯtēplatiua dз
hr̄e gemitū amoris: q̄ fit p desiderio p̄rie ce
lestꝭ. z gemitū deuotiōis q̄ fit p ꝯsideratiōe
dn̄ice passiōis. Siłr z actiua vita dз hr̄e du
plicē gemitū. Unū cōpūctōis p pctis ꝓprijs.
et aliū cōpassiōis p pctis z miserijs alienis.
ita vt vnusq̄sqз actiuā vel ꝯtēplatiuā pagēs
vitā/dicere possit illō Thre. j. Multi sūt ge
mit9 mei. De gemitu aūt amoris exponi pōt
illō Cā. ij. Fulcite me florib9: stipate me ma
lis: q2 amore lāgueo. De gemitu ṽo duotōis
illud Roma. viij. Spūs postulat p nob ge
mitib9 inenarrabilib9. De gemitu āt doloris
p pctis ꝓprijs exponit illō ps. Rugiebā a ge
mitu cordis mei. De dolore ṽo cōpassiōis p
ximi illud Thren. j. Oēs porte ei9. s. hierl'm
Ut discas destructe: idō sacerdotes ei9 gemētes. ¶ Tre
mus nos decima rō ē p̄ntatiōis: quā ponit Urbanu
deo p̄sen s9 sup Lu. di. Sed qn̄ a p̄ntis aspectib9 la
tare — tuit dn̄s aut q̄s loc9 excipit ab eius impio: vt
ibi existendo semot9 a p̄re sit: nisi afferat hie
rosolymā z introducat in tēpluз? Sed forte
cā nr̄i hmōi scp̄ta sūt. Sic em̄ nō grā sui hō
fact9 ē z circūcisus i carne: sed vt nos p grāз
faceret deos: z vt spūalr circumcidamur: sic
ꝓpt nos sistit dn̄o: vt discam9 dō p̄ntare nos
ipsos. Beda qз vbi s̄. ait. Post trigesimū āc
z tertiū circūcisiōis diē dn̄o sistit: mystice isi
nuans neminē nisi circūcisum vicijs: dn̄icis
dignū esse ꝯspectib9: neminēqз nisi mortali
tatis nexib9 absolutū supne ciuitatꝭ gaudia
Q — posse pfecte subire. Hec ille. ¶ Decimaq̄rta
Ut nos — rō ē instructiōis: vt. s. nos istrueret q2 si vo
istrueret — lum9 tēplū eternū supne patrie itroire: debe
mus nos renouare: q̄ renouatio figurat per
aīalia i tēplo deo offerēda. Un̄ sciēdū q2 i ve
teri testamēto p̄cipue fiebat oblatio d sex ge
nerib9 aīaliū. de trib9 volatilib9: q̄ sūt passer
turtur z colūba. z de trib9 gressibilib9: q̄ sūt
bos: ouis z capra. ad demonstrādū pcti re
atū. De9 em̄ creauit hoīem innocentē: q̄ si in
inocētia pstitisзꝭ: nō fuisset necesse ipm̄ aīa
liū sanguine expiari: nec ꝓpriā sensualitatē z
carnē mactare. q̄d significat in aīaliū morte
Sed postq̄з cecidit oportuit ipm̄ redimi p im
molatiōeз agni imaculati: z p p̄ciū sanguinis

iesu chr̄i. Un̄ p sacrificia illoꝝ aīaliū n̄ aufe
rebat pctm̄: sed p̄cabat imolatio iesu chr̄i. Et
p illa sacrificia istruebat hō imolare suā sen
sualitatē seu bestialitatē sui p̄ui desiderij. et
q̄ ad pctā spūalia q̄ designāt per aues. z q̄ ad
pctā carnalia q̄ p bestias denotant. Nā hō i — In inocē
statu inocētie habuit sex. s. sagacitatē q̄ ad i — tia sex ha
tellectū. rectitudinē q̄ ad iudiciū. bonitatē q̄ — buimus.
ad volūtatē. strenuitatē q̄ ad effectū. sobrie
tatē q̄ ad victū. z mā suetudinē q̄ ad ꝯuersa
tionē cū alijs. Sз p pctm̄ oia ista pdidit. Ce
cidit em̄ a sagacitate i hebetudinē. a rectitu
dine i obliq̄tatē. a bonitate in maliciā. a stre
nuitate z fortitudine i segniciē z timiditatē.
a sobrietate i ingluuiē. z a mā suetudie in fu
rorē z crudelitatē. Renouari g̃ dз hō ab he
betudine i sagacitatē p sollicitudinē vigilan
tie: idō offerebat passer: vt hr̄ Leui. xxiij. Et
ꝓpt h̄ Ps. inq̄t. Uigilaui z fact9 sum sic pas
ser solitari9 in tecto. Renouari etiā debet ad
rectitudinē p simplicitatē. et iō offerebat co
lūba: Leui. xij. Et ꝓpt h̄ inq̄t saluator Mat.
x. Estote simplices sic colūbe. Renouari etiā
debet ad bonitatē p dilectōem sincerā. z idō
offerebat turtur: q̄d ē aīal fidele in diligen
do. et ꝓpt h̄ dr̄ i euāge. hodier. Obtulerūt par
turturꝝ. Renouari etiā dз ad strenuitateз p
obediētiā. z ideo offerebant boues: vituli et
vacce: q̄ sūt aīalia obediētia. Un̄ puerb. xiiij
dr̄ Ubi nō sūt boues p̄sepe vacuū est. Reno
uari ēt dз ad sobrietatē p austeritatē psimo
nie. et iō offerebant capre siue hedi: q̄ sūt aīa
lia hn̄tia pilū z cibū asperꝝ. et ꝓpt h̄ dr̄ Cant.
iiij. Capilli tui sic grex capraꝝ. Renouari et
debet ad mā suetudinē p tolerantiā. z iō offe
rebant oues siue agni: q̄ sunt aīalia mā sue
tissima. Et ꝓpt h̄ dicebat saluator discipulis
suis Mat. x. Ecce ego mitto vos sicut oues
in medio lupoꝝ. ¶ Decimaq̄nta rō ē puri — R
gationis. q2 em̄ vt inq̄t apl's Rom. xv. Que — Ut doce
cūqз scp̄ta sunt: ad nr̄am doctrinā scp̄ta sūt — ret nos d
Ideo debem9 scire q2 saluator nr̄ voluit sił — bere pur
cū mr̄e sua ad purificatiōem ire: vt nob insi — gari.
nuaret: q2 si ipi q̄ fuerūt sine crimie voluerūt
purificari: mlt̄o magꝭ nos pctōres z macul
ac vicioꝝ imūdicijs iuoluti debem9 purga
ri. s. int9 z extra. Int9 em̄ dз volūtas purifi
cari ab oī mala affectiōe. iux̄ illō ps. Exerci
tabar z scopebā spm̄ meū. Itē intentio ab oī
duplicitate: iux̄ illō Iac. iiij. Purificate cor
da vr̄a duplices aīo. Itē rō ab oī ꝑturbatōe.
sic em̄ in aq̄ turbida imago nō lucз: sic ratō
turbata veꝝ n̄ videt. Idō puer. xv. dr̄. Aufer
rubiginē de argēto. i. ꝑturbatiōem ab aīo: z
egrediet vas purissimuз. i. rō erit clara z pu
ra. Et Eze. xij. inq̄t de9. Purissimas reddā
aq̄s ei9. Tūc em̄ de9 aquā purissimā reddit
qn̄ rōnē turbatā clarā z pacificā fac. Scd̄a

debem⁹ purificari ex q̄ntū ad oēs ſenſus cor
poris exteriores. Nā debet purgari ocl'i ab illi
cita viſiōe. Vn̄ pſ. dicebat do. Auerte ocu
los meos ne videāt vanitatē. Itē aur' ab il
licitoꝝ auditiōe: iux̄ illud Eccl. xxviij. Sepi
aures tuas ſpinis: ⁊ noli audire linguā ne
quā. Itē os a p̄ua locutōe: dicēte aplo Eph.
iiij. Ois ſmo mal⁹ d' ore vr̄o n̄ pcedat. Item
man⁹ ab illicita opatiōe: dicen̄. cū pſ. Laua
bo int' innocētes man⁹ meas. Itez odorat⁹ a
laſciua odoratiōe. iux̄ illd' Amos. vj. Optio
vnguēto delibuti ⁊c. Iſta āt oīa purgāda ſt
a negligētia ⁊ torpore. iux̄ illud Eccl. vij. De
negligētia purga te cū paucis. Debem⁹ q̄z pu
rificari opib' pietatis. Miſcdia eni ⁊ elemo
ſyna purgāt pctā: vt dr̄ Tob. xij. et Prouer.
xv. ſcptū ē q̄ p miſcdiam ⁊ fidē pctā purgan
tur. et Lu. xj. ait dn̄s. Date elemoſinā ⁊ ecce
oīa mūda ſūt vob. Sic eni aq̄ extinguit ignē
ita elīa pctm̄: Eccl. iij. Itē p ↄfeſſionem fit
iſta purgatio. vn̄ dr̄. j. Machab. iiij. Tēplū
purgatū fuit p Iudā ⁊ ſocios ei⁹. Iudas n̄o
interptat' ↄfeſſio. Studeam⁹ g̈ eſſe talit' mū
dati ab omni vicio: vt de nobis v'ificari poſ
ſit illd' Iudic. xvj. Purificati obtulerunt ſa
crificia. i. ſit' cū puriſſima v'gie: q̄ hodie obtu
lit p nob filiū ſuū in tēplo. Qui eſt bn̄dict⁹ i
ſecula ſeculoꝝ Amen.

De eadē intemerate v'ginis cōceptione
Sermo II

S Suſcepimus de⁹ miſcdiaz tuā inmedio tē
pli tui. pſ. xlvij. In ſacra ſcri
ptura aliq̄n accipit' tēpluz p
tēplo ſpūali. de q̄ inq̄t apl's. j. Cor. iij. di. Ne
ſcitis q: tēplū dī eſtis vos. Et. vj. eiuſdē epl'e c.
itez ait. Neſcitis q: mēbra vr̄a tēplū ſūt ſpūſſā
cti q̄ i vob ē. Et. ij. Coꝝ. vj. etiaz dr̄. Vos eni
eſtis tēplū dei. Sup oēs aūt electos btiſſima
Maria templū
dei genitrix v'go ē tēplū diue maieſtatis. Vn̄
de ipſa merito itelligi pn̄t v'ba pꝑoſita. De q̄
tēplo etiā intelligi ſpūal'r pōt illd' q̄d inq̄t de
us. iij. Reg. xj. di. Templū qd' ſcrificaui noi
meo ꝑpitiaui. Sed heu q: de q̄buſdā hodie
v'ificatū eſt illd'. ij. Paral. xxiiij. Dereliq̄rūt
tēplū dn̄i dei ſui. et illud. ij. Eſdre. j. Pollu
erūt tēplū ſctm̄ dn̄i. ⁊ illud pſ. lxxviij. vbi p
pheta inq̄t deo. Polluerūt tēplū ſctm̄ tuum
Quidā eni nō ſolū dereliq̄rūt deuotōez quā
hr̄e tenent' erga btā; v'ginē Mariā: ſed etiā
eā blaſphemāt: ⁊ eā maculatā ⁊ pollutā oſtē
dere q̄rūt. ⁊ iō nō ē mirꝝ ſi ei⁹ excellētiā ⁊ ma
ieſtatē ↄtēplari atq̄z illi⁹ puritatē ↄceptōis i
telligere n̄ pn̄t ꝑpt' ſuā obſtinatiōez. Vn̄ d' ill'
v'ificat' illd'. ij. Paral. vij. Nō poterāt ſacer
dotes igredi tēplū dn̄i. At n̄o nunc cōit' oēs
chr̄iani hui⁹ ſacratiſſimi tēpli v'ginal' ſctita
tē venerant': iō de illis v'ificatū eſt illd'. iiij.
Re. xj. Ingreſſus eſt oīs ꝑplus templū dn̄i.
Merito g̈ dr̄ btā v'go tēplū: q̄d interptat' .i.
tectū amplū: ſm Iſid'. xv. etym. et Arch. xvj
q. vj. c. ex h̄ vitim⁹. q: fuit tā ampla charitate
vt deū i ſe recipe potuerit. In h̄ tēplo lauda
bat dn̄m pnceps ꝑphaꝝ Dauid. vn̄ dicebat.
Adorabo ad tēplū ſctm̄ tuū: ⁊ ↄfitebor noi
tuo. Hoc eni ē illd' tēplū de q̄ ſpūal'r itelligi
pt illd' Ezech. xliij. Ingreſſa ē gl'ia dn̄i tēplū.
et illd' Apoc. xv. Impletū eſt tēplū dn̄i maie
ſtate ei⁹. Hoc ēt ē illd' tēplū de q̄ dr̄ Apoc. xj
Aptū eſt tēplū dei i celo. Btā ei v'go ſp ē pa
rata ſubuēire recurrētib' ad eā atq̄z eos de
fēdere ab oib' mal'. quēadmodū ēt eccl'ia de Cōfugiē-
fēdit ⁊ adiuuat puulos expoſitos an̄ eā. c. ſi. tes ad ec-
lxxxvij. di. Et ſic rei ad eccl'iaz ↄfugiētes nō cleſiam
debēt ſm iura extrahi violent' d' ea: vt hr̄ i c.
rex. xvij. q. iiij. et c. int' alia. de imu. ec. ⁊. l. pū
cti. C. de his q̄ ad ec. ↄfu. ita ad btām v'gineꝫ
recurſū hn̄tes ſaluant' ab hoſtib' ⁊ liberant'.
Vn̄ ipa figurata fuit p illud tēplum de q̄. j.
Mach. x. dr̄. Quicūq̄z ↄfugerint i tēplū ob
noxij regi in oī negocio dimittant'. Aial'r n̄o
tēplū accipit' p eccl'ia mariali. vt i c. ex mlt'is.
j. q. iij. et ita exponere poſſum⁹ v'bū thematis
nr̄i: in q̄b' oēs chr̄iani debēt deo gr̄as refer
re: q̄a receperunt ſaluatorē in tēplo p matrem
ſuā hodie pn̄tatū. Ipm nāq̄z recepit ſctūs il
le ſenex Symeō i vlnas ſuas de ſinu glioſe
v'gis: cui tāq̄z pſone cōi ⁊ toti⁹ hūane nature
pcuratori ipa pꝑiſſima v'go filiū ſuuz dona
uit ⁊ liberal'r obtulit. De q̄ ſctiſſima ſolēnita
te pn̄tatōis dn̄i nr̄i Ieſu chr̄i: ⁊ purificatiōe
mr̄is ei⁹ itez q̄ttuor ↄſideratiōes faciem⁹.
Prima dicet' expoſitiōis
Scd̄a ſubiectionis
Tertia declarationis.
Quarta n̄o appellabit' ↄſolatiōis.
Pars. I. hui⁹ ſmōis q̄ dr̄ expoſitiōis.
T Voles moral'r exponere euāgeliū
hodiernū / dimittā expoſitōez lra
lē illoꝝ v'boꝝ: Poſtq̄z cōpleti ſūt
dies purgatōis Marie ⁊c. In p
cedenti eni ſermone patuit q̄ nō fuit purga
ta ab aliq̄ macula: ſed voluit ſeruare cerimo
niā purgatiōis ad exēplū n̄e hūilitatis. Nec
eni eſt vera hūilitas q̄ nō vult hūilis pdica
ri: ſed vilis reputari: vt ait Bern̄. Aliās q̄z d'
cauſis h̄ egit: q̄s ibidē retulim⁹. Sed adde Pro quo tē-
re poſſum⁹ q̄ etiā voluit ad tēplū ire p puri plo volu-
ficatiōe ꝑpt' exēplū et meritū obediētie q̄ pl⁹ it purga-
facit q̄z tenet' facere: vt inq̄t Hugo cardinal' ri.
ſup Lu. vbi etiā dr̄ q̄ beata v'go hoc etiaz fe
cit in ſignum futuri ⁊ faciēdi. Concept⁹ eni
Marie ſignificat conceptū fidelis aīe: cui
ius ſpōſus eſt chr̄s. iuxta illd' Io. iij. Quib'

ſponſam ſpõſus ē. Ipe em̄ illi inqt Oſee. ij. Deſpõſabo te mihi ĩ fide. Semē ſponſi ē ei⁹ grã q̄ fecũdat aĩa: iuxta illõ Eſa. vj. Semē ſctm̄ erit q̄d ſteterit in ea. Ex h̄ aũt ſemie naſcunt filij ſcti. i. ſctã deſideria z bona ꝓpoſita ac opa. Vñ ſuſcipiẽti tale ſemē inqt ꝓpha ps. cxxvij. Et videas filios filioꝝ tuoꝝ. Sic aũt btã v̄go Maria voluit purgari (lʒ ñ indigeret) ita poſt partũ bonoꝝ opeꝝ debet ſe aĩa repurare imũdã: iux̄ illud Job. ix. Verebar oĩa opa mea ſciens q̄ nõ parceres delinqnti. Et ĩfra. Si lot⁹ fuero q̄ſi aqs niuis: z fulſerint velut mũdiſſime man⁹ mee: tñ ſordib⁹ intinges me. ¶ Moralr etiã p Mariam ſignificat vita actiua z cõteplatiua. Dr̄ em̄ ſtella marĩ. vñ ſtella ad ɔteplatiõem ptinet. mare v̄o ad actiõeʒ. Purgari aũt debet vita actiua a ſordib⁹ opeꝝ z ab imũdicia affectionũ z a turpitudine cogitationũ. q̄ tria tangunt Eſa. j. cũ dr̄ Lauami. ſ. ab imũdicia affectionuʒ: mũdi eſtote. ſ. ab oib⁹ immũdis opib⁹: z auferte malũ cogitationum vr̄aꝝ q̄ ad tertiũ. Cõteplatiua aũt vita purgari debet ab affectib⁹ z cogitatõib⁹ tm̄. vñ ɔteplatiuo dici pt̄ illõ Joſue. xvij. Non hẽbis ſortē vnã: ſed aſcẽdes in mõtē. ſ. ɔteplatiõis: z ſuccides tibi atq; purgabis ad habitandũ ſpacia. ſ. fugiẽdo oĩa mũdana. ¶ Dũ aũt dr̄ in euãgelio q̄ Maria z Joſeph tulerũt pueꝝ Jeſum in hierl̄m zc. in h̄ dat forma parẽtib⁹ vt offerãt filios ſuos dño: eos ducẽdo ad eccleſias z p̄dicatões z iſtruẽdo in bonis morib⁹ z ỳtutib⁹: ſuãdo illõ Eccĩ. vij. Filij tibi ſũt, erudi illos: z ĩcurua eos a puericia eoꝝ. et Leui. xv. dr̄. Docebitĩ filios iſrl̄ vt caueãt imũdicias z ñ moriant ĩ ſordib⁹ ſuis. Prouer. q̄ʒ. iiij. inqt Salomõ. Nã z ego fili⁹ fui p̄ris mei tenell⁹ z vnigenit⁹ corã mr̄e mea: z docebat me. Sʒ m̄lti offerũt filios ſuos potı⁹ diabolo q̄ʒ deo: curioſe ac vicioſe ornãdo z vicijs ac mal̄ morib⁹ eos ĩbuẽdo. vñ Ps̄. õ ill̄ inqt. Jmmolauerũt filios ſuos z filias ſuas demonijs. Eſt et̄ h̄ notãdũ q̄ dr̄ Jeſus portari in hierl̄m. nã Matt. ij. dr̄ portari in egyptũ. z Mat. iiij. dr̄ duci ĩ deſertũ: z portatus ĩ mõtē excelſũ z ſup pĩnaculũ tepli. Hierusalē ei ē vita ɔteplatiua vbi ē ỳe pacĩ viſio ſic em̄ interp̄tat hierl̄m. vñ cãit eccĩa: Vrbs btã hierl̄m dicta pacĩ viſio. Egypt⁹ v̄o ſcat vitã actiuã: vbi ē meror z turbatio. ſic em̄ interp̄tat egypt⁹. Et iõ inqt dñs diſcipul̄ ſuis Joã. xvj. Jn mũdo p̄ſſurã hẽbitĩ. et Luc. x. dr̄ q̄ Maria ſedebat ſec⁹ pedes dñi. Martha v̄o ſollicita erat z turbata circa plĩma. Deſertũ v̄o ē clauſtꝝ. vbi ieiunat z diabol⁹ ſupatur. Mõs excelſus ē veſtigiũ p̄latiõis. Pinaculũ tepli ē ſedes mḡralis. Jn his igit q̄ngʒ locĩ iueniri pt̄ ieſus. i. ſal⁹. Sed tñ ɔſiderãdũ eſt q̄s eũ ibi portauerit. Nã in hierl̄m z ĩ egyptũ ipm portauit Maria z Joſeph. i. augmẽtũ. ſ. fides z charitas. Spũs aũt ſctũs duxit eũ ĩ deſertũ. Jn mõtē v̄o z ſup pinaculũ tepli tulit eũ diabol⁹. Jdõ lʒ etiã de⁹ ferat aliq̄s ſup mõtē p̄latõis z ſup pinaculũ cathedre mḡralis: tñ valde timẽdũ eſt tã p̄latĩ q̄ʒ mḡris ne eos diabol⁹ in ipm mõtē p̄latõis z ſedis magiſtral̄ portauerit. vñ Maria flẽs z dolens dicebat Joã. xx. Tulerũt dñm meũ z neſcio vbi poſuerũt eũ. ſ. an ſup montē: an ſup pinnaculũ. ¶ Dicit aũt glo. ſuper Luc. q̄ q̄ttuor p̄ſone portauerũt Jeſum in hac die ſcʒ Maria z Joſeph: Symeõ z Anna. p q̄s ſcat q̄ chrs p grãm a q̄ttuor p̄ſonis portat. Pᵒ ab illis q̄ hñt pniam amarã: q̄ ſignificant p Mariã: q̄ amaꝝ mare interp̄tat. z taliť portabat apl̄s di. Gal̄. vj. Ego ei ſtigmata dñi Jeſu in corpe meo porto. Et Heb. xiij. Exeam⁹ ad eũ ex̄ caſtra: improperium ei⁹ portãtes. Scđo portat ab illis q̄ hñt bonã opatione ɔtinuã: q̄ ſignificant p Joſeph: q̄ (vt dixim⁹) interp̄tat augmẽtũ. Tales em̄ ab adoleſcẽtia incipiũt: z vſq; ad mortē nõ deficiũt. Vñ Thren. iij. dr̄. Bonũ erit viro cũ portauerit iugũ dñi ab adoleſcẽtia ſua. Tertiõ portat ab his q̄ hñt etiã in aduerſis lõganimitatē z pſeuerãtiã: ſeruãtes illõ Eccĩ. vj. Subijce humeꝝ tuũ z porta illam. ſ. diuinã ſapiẽtiã. Quidã aũt ſubijciũt os: quia ſciũt alios inducere ad pniam. Quidam digitos q̄ aliq̄lem ſeu modicã habent patientiã. Quidã manũ ſiniſtraʒ qui ſũt patiẽtes in paruis tribulatõib⁹ z aduerſis. Quidã manũ dextram: q̄ ſunt patiẽtes in pſperis. Quidam v̄o ſubijciũt humeros: q̄ ſunt patiẽtes in grauibus tribulatõib⁹ z penis. Quarto portatur ab ill̄ q̄ hñt puritatē z mũdiciã: q̄ ſignificantur p Annã: q̄ mũdiciã z ɔtinẽtiam ſuauit. Portãt em̄ chrm̄ q̄ hñt mũdiciam corpis. j. Coꝝ. vj. Glificate z portate deũ ĩ corpe v̄ro. Jtē illi q̄ hñt puritatē mentĩ. Vñ ſponſa iuitat ſponſum Cañ. j. dicens. Lectulus nr̄ floridus. Beatus igit ille de q̄ verificabit illõ Gen. xlix. Suppoſuit hũeꝝ ſuũ ad portãdũ ſcʒ dñm ieſum. Jpe em̄ ſaluator in morte ei⁹ dicet illud Ezech. xij. Jn humerĩ portat⁹ ſuʒ ſcʒ a te. et ideo ego nunc portabo te in celum ¶ Per oblatiões aũt que fiebãt in purificatione moraliter ſignificabat oblatio quã q̄libet chriſtianus redemptori ſuo debet offerre. De qua Berñ. in q̄dã ſermõe inqt. Quis mihi tribuat vt oblatiõem meã dignet maieſtas tãta ſuſcipe? Duo minuta habeo dñe corpus z aĩam dico. z hec tibi pfecte poſſum in ſacrificium laudis offerre. Bonũ em̄ mihi longeq; glorioſius atq; vtilius eſt vt tibi magis offerar q̄ʒ deſerar mihijpſi. Nam ad

Jeſus a q̄ttuor p ſonis moraliť portatur.

Oblationes hodierne q̄d ſignificẽt moralr.

Quomõ ... magis ... debet purgari.

... filios ... deo ... debe.

Jeſus por ... ad ... loca.

meip̄m aīa mea ꝯturbaṫ. Hec ille. Dēs ḡ de
uote offeram⁹ nos dn̄o nr̄o iesu chr̄o: q̄ p̄ no
bis obtulit seip̄m deo pr̄i. ⁊ q̄tidie p̄sentem⁹
ista duo mūera. sicut faciebat q̄dam religio
sus dicēs ei. Quid tibi p̄ tāt̄ꝫ reddā dulcissi
me grates Saluator meritꝫ: nil satꝫ esse pōt
Ut tn̄ exigua vel saltē in p̄te rependā Que po
tero tota munera mēte ferā. De ē igiṫ toto mi
hi q̄d ꝯtingit i orbe. Atq3 aīam iuncto corpe
semp̄ habe. O igiṫ deuoti chr̄iani vt nō igra
ti sim⁹ dn̄o nr̄o iesu chr̄o de tāto nob̄ collato
bn̄ficio: si nō habem⁹ res tp̄ales quas illi of-
feram⁹: saltem offerre festinem⁹ sibi cor no-
strū imaculatū. hoc est em̄ q̄d ipse a nob̄ hr̄e
desiderat: dicens illud Prouer. xxi. Fili p̄be
mihi cor tuū. O igiṫ fornicator ⁊ adulter. O
luxuriose ⁊ imūde: si aliud offerre non p̄ua-
les: saltē offer illi pctm̄ cordis tui. et tu aua-
re insatiabilitatē tuā. et tu pessime pctōr con
tritionē oīm pctōꝝ tuoꝝ. q̄a cor ꝯtritū ⁊ hu
miliatū de⁹ nō despiciet: ps̄. l. Un̄ idē ꝓpheta
inq̄t ps̄. lxxxiiij. Audiā q̄d loquaṫ in me dn̄s
de⁹: q̄m̄ loqueṫ pacē in plebē suā: ⁊ sup̄ sctōs
suos: ⁊ in eos q̄ ꝯuertunṫ ad cor. ¶ Sequiṫ
in euāgelio. Et ecce hō erat in hierl̄m: cui no
men Symeon ⁊c̄. Pro cui⁹ declaratione est
notandū q̄ dn̄s sciens multos se hr̄e debere
ꝯdictores: multos adhibuit sue icarnatiōis
testes: lꝫ magꝫ credaṫ duob⁹ affirmantib⁹ q̄3
multꝫ negātib⁹ ⁊ ꝯdicētib⁹ s̄m Inno. in c. q̄d
p̄sonale. de v̄. sig. et Jo. an. in c. j. de resc̄p. li.
vj. et glo. i. l. diē. §. si plures. ff. d̄ arbi. Volu-
it etiā hr̄e testes digniores q̄b⁹ magꝫ crediṫ.
etiam qn̄ tot sunt ab vna p̄te q̄t ab alia: s̄m
glo. in auṫ. de testi. §. scim⁹. coll. vij. ⁊ Spe.
in ti. de testi. §. qm̄. v̄. porro. et p̄baṫ in. l. iij. i
p̄n. ff. d̄ testi. Primo aūt adhibuit Mariā
⁊ Joseph. Scd̄o angelos. Tertio pastores.
Quarto reges. s. magos. Quinto Symeo-
nē ⁊ Annā senes: q̄ oēs nato dn̄o testimoniū
reddiderūt. Joānes v̄o ⁊ Helisabet nōdum
nato sed cōcepto testioniū suū dederūt. Pro-
phete v̄o ⁊ p̄triarche ab initio mūdi factꝫ et di
ctis nec ꝯceptū nec natū: sed ꝯcipiendū ⁊ na
sciturū ac passuꝝ p̄sagiati sunt. Apl̄i v̄o natū
passum ⁊ glr̄ificatū vbiq3 p̄dicauerunt. Oēs
ḡ isti testes fuerūt dn̄ice icarnatiōis. Quib⁹
Esa. xliij. ip̄e dn̄s ait. Uere vos om̄es testes
mei. De hac aūt testificatiōe inq̄t Amb. sup̄
Lu. Non solū ab angelis ⁊ ꝓphis: a pastori-
bus ⁊ a parentib⁹: sed etiā a seniorib⁹ ⁊ iustis
generatio dn̄i accepit testimoniū. ¶ Seq̄ṫ
Et hō iste iust⁹ ⁊ timorat⁹ ⁊c̄. Iste Symeon
cōmendaṫ p̄ncipal'r de trib⁹. Primo em̄ q̄n
tū ad ꝓximū d̄r iust⁹. Scd̄o q̄ntū ad deum
